11. Arto 27

2

1
A-294

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 30
Tabla
Número 297

Al Yll.mo y R.mo S.r Don ...

# TRACTATVS DE FINIBVS REGVNDIS CIVITATVM, CASTRORVM, ac prædiorum, tam vrbanorum, quàm ruſticorum, & pro dirimendis iuréque iudicandis eorum litibus, atque controuerſiis fertiliſſimus, vtilis & perneceſſarius.

D. HIERONY. DE MONTE BRIXIANO, I. C. *præclariſſimo, ac* D. N. PP. *Referendario, auctore.*

Nunc denuo impreſſus, & ab ipſo auctore recognitus, & adauctus.

*Acceſſerunt ſumma rerum, ac uerborum capita, quorum locupletiſſimus Index eſt præfixus.*

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2. C. 22. N. 11.

LVGDVNI,
Ad Salamandræ, apud Clementem Baudin.

1573.

# IOANNI FICHARDO I. V. DOCTORI, REIPVB. Francfurtenſis conſiliario,

*Clemens Baudin S. P. D.*

*TRACTATVM de finibus regundis à præſtanti viro iuris vtriuſque ſingulari cognitione ornato D. Hieronymo de Monte Brixiano compoſitum typis mandaturus, qui pridem in nomine tuo in Germania editus apparuit, illum à mendis, quibus ſcatebat, emaculandum, tibique dicandum denuo duxi. Eſt enim ſcriptor huiuſmodi, qui tibi in primis conueniat, cũ ob lepôrem, tum quòd ſyluam*

quandam vberem & copioſam omnium quæ ad ciuitatum, caſtroru͂ ac prædiorum fines regendos pertinent, complectitur, quæ cognoſce͂di auidum iuuare multum poteſt. Etenim quid eſt in eo non egregium, non præſtans, non ad cognoſcendum idoneum? Nam quæ ſine aſſidua multorum iuris voluminum lectione, & ſingulari diligentia colligi non potuerunt, ea tibi auctor noſter in vnum quaſi faſcem redegit, vt vno labore ſine tædio faſtidióque quidquid ad materiam hanc faceret comprehenderes. Proinde ad eum quàm diligentiſſimè legendum, euoluendúmque omnes iuris ſtudioſos adhortor, qui ita breuibus multa complexus eſt, vt nemo vel operam, vel tempus quod in hunc impenderit, ſit perditurus. Interea, Ficharde, hoc officiu͂ meum qualecunque boni conſule. Vale. Lugduni, anno M. D. LXXIII.

TRA



# TRACTATVS FINIVM REGVNDORVM D. HIERONYMI DE MONTE BRIXIENSIS, I. V. DOCTORIS CLARISSIMI S. D. N. PAPÆ REFERENDARII FOELICITER INCIPIT.

## CAPVT PRIMVM.

1 *Antequam ad uerborum interpretationem deueniatur, ſemper erit bonum aliquid de tituli ſignificatione declarare.*

2 *Titulus finium regundorum quid ſit.*

ITAQVE vt ea de quibus tractandum foret magis innoteſcerent, Vlpianum Iuris conſultum imitari volui in l. j.
ff ſi cer. pet. exponente͂, † an- 1
tequàm ad verborum interpretationem deueniatur, bonum eſſe aliquid de tituli ſigni
ficatione declarare. Placet igitur mihi, † quid ſit finium 2
regundorum titulus primò deſcribere: & quidem dicas eſſe titulum ſub quo termini vel fines aut limites reguntur, vt habetur in tit. ff. & C. fini. regun. Deinde erit expediens priuſquam ad actus iudiciales accedamus, non nulla ad finales controuerſias, & ad iudiciorum præparatoria pertinentia præmittere.



CAP.

## CAP. II.

1 *Diuiſiones regnorum, prouinciarum, ciuitatem, territoriorum, comitatuum, diſtrictuũ, curiæ, & agrorum, ac aliarum rerum de iure introductæ fuere.*

2 *Iuriſdictio de iure gentium inuenta, ſed de iure ciuili diſtincta.*

3 *Iuriſdictio apud Hebræos tẽpore Moyſis diſtincta fuit.*

4 *Iudices timere debent Deum, & odiſſe auaritiam.*

5 *Diuiſiones Diœceſum & parochiarum de iure pontificio conſtitutæ ſunt.*

6 *Communio ſolet parere diſcordiam.*

7 *Iuriſdictio propter publicam utilitatem diuiſa fuit.*

8 *Genus humanum conſeruatur propter diuiſiones iuriſdictionum.*

9 *Diuiſio denotat quod cuiuſque ſit.*

10 *Finium regundorum actio dirimit lites ubi eſt finium communio.*

11 *Diuiſio finium publicorũ ſpectat ad Papam, uel Principem, uel Senatum.*

ET nequid præteriſſe videar, non ſolum de publi-
cis, ſed etiam de priuatis finibus in hoc tractatu
diſcutiendum erit: ac vt planum iter faciam, ſigillatim
1 omnia exponam. † Dominia igitur tam regnorũ quàm
prouinciarum, ciuitatum, territoriorum, diſtrictuum
comitatum, & curiæ, quàm agrorum, & aliarum re-
rum particularium, de iure gentium diſtincta fuere l.
ex hoc iure. iunctis ibi not. per Bal. Pau. Caſt. & alios
2 dect. ff. de iuſt. & iu. † & Iaſ. ibi. nu. 3. ſubdit iuriſdictio
nem de iure gentium inuentam fuiſſe, ſed de iure ci-
uili diſtinctam per l. ij. §. poſt originem. ff. de ori. iur. &
3 in c. ſcriptum eſt. vj. q. iij. † licet poſſet dici apud He-
bræos per prius diſtinctam fuiſſe, vt legitur in Exodo
tempore Moyſis quo ex Egypto in deſertũ populum
Hebræum duxit. Nam ad eum Ietro ſacerdos Madiam
eius



eius cognatus venit vnà cum Sephora Moyſis vxore,
& eorum filiis. Cúmque Ietro vidiſſet Moyſem feſſum
in iudicando populum à mane vſque ad veſperas, ei
dixit, Vltra vires tuas eſt negotium iſtud, & ſolus non
poteris ſuſtinere, † prouide de omni plebe viros po- 4
tentes, & Deum timentes, in quibus ſit veritas, & qui
auaritiam oderint, ex eis conſtitue tribunos, & centu-
riones, ac quinquagenarios, vt iudicent populum om-
ni tempore. Quicquid autem maius fuerit ad te refe-
rant, ipſíque tantũ minora iudicent: leuiúſque erit tibi
partito in alios onere. Quibus auditis Moyſes fecit
omnia quæ ille ſuggeſſerat. † Poſt modũ de iure pon- 5
tificio diœceſum ac parochiarum diuiſiones factæ fue
runt c. prouinciæ. & ibi Gloſ. in verſi. ante Chriſti ad-
uentum. xc. diſt. & in c. vrbes & loca. cum duobus ſeq.
lxxx. diſt. & per Abb. in rub. de paro. † & quia commu 6
nio ſolet parere diſcordiam l. cum pater. §. dulciſſimis.
ff. de leg. ij. † & ideò ſecundũ Anch. in rub. de fo. com- 7
peten. propter publicã vtilitatem diuiſiones factæ fue-
runt, vt rectè officiorum ſingulorum gereretur admi-
niſtratio. † Neq; enim humani generis conſeruatio po 8
terat alia ratione ſubſiſtere, niſi huius magnæ cauſæ
differentiæ ordo ſeruaretur. † Nã ſi iudex quilibet de 9
omnibus cauſis cognoſceret, non habita perſonarum,
locorum, cauſarúmq; diſtinctione, ex hoc iuriſdictio-
num confuſio reſultaret, ac diſſenſiones & ſcandala
orirentur cõtra iura c. peruenit. xj. q. j. & c. ſcitote, & ſi.
vij. q. iij. & c. contra. † Ex iſtis diuiſionibus diſcernitur 10
quod cuiuſque ſit, vt ait Vergilius, quem refert rex, in
c. for. de verb. ſignifi. limes erat poſitus litem vt diſcer
neret agri. & Iulius Frontinus in Codice Theodoſiano
ſcribẽs Celſo Peneſto in c. j. pagi. 170. dicit, ideo limes
agro poſitus eſt litẽ vt diſcerneret aruis, quia ante Io-
uis limites non parebant, qui diuiderẽt agros, & ſic fi-
ni. regun. actio, vbi eſt quaſi finium cõmunio, quæſtio-

nem dirimit,vt not.Gloſ.in rub.C.fini.regun.& in d.l.
11 ex hoc iure.in ver.termini. † erit aduertendum ſecundum Lau.Calca.in conſi.xc.quia iſta quæſtio.num.7.& 15.quod ſpectat ad principem vel ſenatum, qui vicem principis fungebatur affigere terminos regnorum territoriorum,diœceſum,parochiarũ, vel plebanatuum, arg.l.quod principis.ff.de aqu.plu.ar.& c.j.lxxx.diſtin. cap.j.xiij.q.j.& l.diem functo.ff.de offi.aſſeſ.& cum pluribus concor.ibi per eum traditis, & ſic terminorum publicorum affixio eſt de reſeruatis Papæ & principi in ſignum vniuerſalis imperij, quia ad eos ſolos ſpectat diuidere totum orbem.

## CAP. III.

1 *Regna quomodo originem habuere.*
2 *Imperia ſiue monarchiæ quatuor fuere.*
3 *Rex in ſuo regno monarcha eſt.*
4 *Dux,marchio & comes quis dicatur.*
5 *Prouincia ſi adiicitur regno,caſtrum, & uilla comitatui,quomodo regulari debeat.*

ET vt gradatim procedatur ſuper eis de quibus diximus præcedenti ca.in primis videndum erit de regnis,& vt atteſtatur Bald.in l.hoc iure. in prin. ff. de
1 iuſt.& iu. † Regna orta ſunt neceſſitate cogente, quia omnia indigent capite.Vnde ibi Pau.Caſt.nu.15. & ib. in lectu.dicit, quòd aliquando per vim bellicam condita fuere, & aliquando per regum electionem, quos gentes ſibi fecerunt: inde populi liberi regem eligere
2 poſſunt. † Ac etiam notat quatuor fuiſſe imperia,ſiue monarchias,ſ.Orientale,ſiue Babilonicum, quod fuit in Nino,& Meridionale,ſeu Macedonicum, quod fuit in Alexandro,& Septentrionale ſiue Africũ,quod fuit in Carthaginenſibus,& Occidentale,quod fuit in Cæ-
3 ſare Auguſto. † Et ſecundum Sozin.in conſi.clxv. nu.
4 2. vel ij. quilibet rex in ſuo regno eſt monarcha, † & ſubdit



ſubdit etiam quòd duces vocantur, qui de aliquo ducatu inueſtiti fuere, & marchiones de marchionatu, ac comites de comitatu. per tex. & Bal.in c.j. quis dica. dux, co. vel march. in vſi. feu. † Et ſi prouincia 5
adiiciatur regno, vel caſtrum aut villa comitatui acceſſoriè, tunc debet regi ſecundum leges & conſuetudines primi, cui adiicitur, ſi autem non adiiciatur acceſſoriè, tunc debet regi ſecundum leges & conſuetudines ſuas, vt per Bar.in l.ſi conuenerit. §.ſi inſula. ff.de pigno.actio.

## CAP. IIII.

1 *Prouincia unde dicatur.*
2 *Prouinciæ ante Chriſti aduentum diſtinctæ fuere.*
3 *Prouincia quomodo diſtinguatur & accipiatur ſecundum Bar.*
4 *Prouinciæ de iure canonico uarijs modis diſtinguntur.*
5 *Prouincia dicitur illa, quæ habet decẽ aut undecim ciuitates,& unum regem.*
6 *Prouincia ſecundũ Pau.Caſt.quadrupliciter diuiditur.*
7 *Italia dicitur domina prouinciarum.*
8 *Prouinciæ nomen quando ſimpliciter profertur, erit diſtinguendum an proferatur de iure ciuili, aut de iure canonico.*
9 *Prouincia aliquando ponitur pro diœceſi.*
10 *Prouincia uariis modis accipitur.*
11 *Prouincia mutatur & diuiditur principis authoritate.*
12 *Archiepiſcopatus,epiſcopatus,parochia, & præbẽda diuiduntur in duas partes.*

PRouincia † ſecundum Car.in cle. dudum, §. ex- 1
tra de ſepul. dicitur à pro, id eſt longe, & vinco vincis,quaſi locus longè diſtans,& à Romanis victus.
† Et prouinciæ ante Chriſti aduentum limitatæ fue- 2
re,vt habetur in c.j.xc.diſtin. † Et prouincia ſecũdum 3
Bar.

Bar.in extrauag. ad reprimen. in tit. qui ſint rebell. in
ver.Longobardiæ, attento communi vſu loquẽdi qui
in ſimilibus attenditur .c.ex literis.de ſponſa.& l. cùm
de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. accipitur pro
Thuſcia, Longobardia marchia, & ſimilibus, vel etiam
per alia nomina vniuerſalia linguarum, ſeparationem
ſignificantia: vt Italia, Græcia, Francia, & Alemania.
vt habetur in l.ij. §.capta. ff. de origi. iur. & in l. etiam
4 conditionis. in fin. ff. de manu. vin. † De iure verò ca-
nonico, prouinciæ diſtinguuntur per Archiepiſco-
patus, vnde ciuitas metropolitana eſt prouinciæ ca-
put. vel prouincia appellatur illa ad quam legati de-
ſtinantur, vel ſi conceſſione dicitur hominibus talis
prouinciæ vt ibi per eum, vt habetur in c. ſcitote. vj.
q.iij. & per Abb. in c. ſicut olim nu. j. de accuſa. & per
5 Ang. inſtit. de vſucap. in prin, † Prouincia dicitur illa
quæ decem aut vndecim habet ciuitates & vnum re-
gẽ, & totidẽ minores poteſtates ſub ſe, & vnum me-
6 tropolitanum. † Et prouinciarum diſtinctio ſecun-
dum Pau. Caſt. in l. ex hoc iure. num. ij. ff. de iuſti. & iu.
eſt duplex. Quædam eſt quæ fit per idiomata penitus
diuerſa, vt Francia, Anglia, Alemania, & Italia: & iſta
diſtinctio de iure gentium fuit introducta. vt ibi in
7 gloſ. † vbi etiã ſubdit Italiam eſſe prouinciarum do-
minam, & deducit gloſ. in l. fin. in ver. omnes, C. ſine
cenſu vel reliquis, & dicit iſtam diſtinctionem non
tolli, nec confundi poſſe. Et alia eſt prouinciarum
diſtinctio quæ fit per præſidatus, & iſta de iure ciui-
li emanauit: nam in vna de ſupradictis prouinciis poſ-
ſunt eſſe plures præſidatus, quæ prouinciæ appellan-
tur. l. illicitas. §. qui vniuerſas. & l. congruit. ff. de offi.
præſi. & iſtas poterit Imperator tollere, de duabus
faciendo vnam, vel è contra. Vnde poſſet imperator
Tuſciam cũ Longobardia vnire. & ſimiliter papa poſ-
ſet marchiam cum ducatu vnire, cũ ille ſit prouincia-
rum



rum princeps in temporalibus & ſpiritualibus. Et alia
eſt prouinciarum diſtinctio quę fit per archiepiſco-
patus, & iſta eſt de iure canonico introducta. Et quæ-
dam prouinciarum diſtinctio per vſurpationem facta
fuit, & per conſuetudinem, vt ſunt hodiè ciuitates
Thuſciæ non recognoſcentes ſuperiorẽ de facto, nam
quælibet ciuitas cũ ſuo territorio reputatur vna pro-
uincia vt not. in l. fin. cum gloſ. & ibi Pau. Caſt. & Doct.
C. de præſcrip. lon. temp. † Quando autem iſtud no- 8
men, prouincia, ſimpliciter profertur, ſi vis ſcire de
qua intelligatur, & dicas diſtinguendum eſſe, aut pro-
fertur à lege ciuili vel canonica, & ſi à lege ciuili, re-
fert in qua materia proferatur. ſi enim in materia tri-
butorum vel cenſuum intelligitur de prima, ſi verò à
lege canonica, diſtingue ſimiliter in qua materia pro-
feratur, iuxta quæ vide not. per gloſ. in c. coram. in ver.
prouincia. de elect. † Et aliquando prouincia ponitur 9
pro diœceſi. c. quicunque. xvj. q. iij. & c. ſtudent. l. diſt.
† ſic itaque prouincia variis ſumitur modis vt not. 10
gloſ. in. §. cuius rei. in ver. prouinciarum. de colla. in
pragmat. ſancio. & Fely. in c. Rodulphus. nu. 39. de reſ-
crip. † Et prouincia mutatur ac diuiditur principis 11
auctoritate vt ſupra dixi. Et per Abba. in conſ. lxij. nu.
12. vol. ij. per c. j. x. diſt. & §. hoc autem. in aucten. vt iu-
di. ſine quo. † ſufra. non tamen intelligitur quòd diui- 12
datur quo ad ſpiritualia, videlicet quòd ſint duo ar-
chiepiſcopi ſecundum Abba. in conſil. lxxj. infr. volu.
ij. licet Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de cenſi. in §.
nunc videndum reſtat, in verſi. quid ſi vniuerſitas fe-
cit pactum, nume. ij. dicat, quòd ſicut prouincia diui-
ditur per l. ſi eadem. ff. de offi. aſſeſ. ita etiam ex cau-
ſa vnus epiſcopatus in duos diuiditur, & vna paro-
chia in duas, & vna præbenda in duas, c. præcipi-
mus. xvj. q. j. & c. ad audientia. de eccle. beneſi. & c. va-
cante. in fi. & c. tuæ, de præben.

C A P.

## CAP. V.

1 *Ciuitas dicitur quæ muris eſt cincta, ueterum auctoritate, uel accipitur pro continentibus ædificiis ſuburbiis & habitationibus.*

2 *Ciuitas in terris Chriſtianorum propriè dicitur, illa quæ habet ſedem epiſcopalem.*

3 *Ciuitas iuriſdictionem habet eligendi defenſores, qui habeant iuriſdictionem: & ciuitas aliqua ex conſuetudine eligit qui habeat merũ, uel mixtum imperium, ut in urbe Romana.*

4 *Ciuitas appellatur locus, qui habet epiſcopum, licet etiam ciuitas appellatur locus qui habet officiales merum & mixtum imperium exercentes.*

5 *Ciuitas licet priuetur epiſcopo, non deſinit eſſe ciuitas.*

6 *Ciuitatis appellatione continentur caſalia, uicus, territorium, diſtrictus & habitatores.*

7 *Ciuitas quæ ſit, & quæ requiratur ut fiat, & eius priuilegia.*

8 *Caſtri, municipij & oppidi ac uillæ appellatione, quæ continentur.*

9 *Terra non ſolum comprehendit caſtrum, ac uillam, ſed etiam regnum & prouinciam.*

10 *Differẽtia eſt aliquid eſſe in ciuitate, & in pertinẽtiis.*

11 *Mœnia ciuitatum ſunt quaſi diuini iuris, & delinquẽtes in eis qua pœna puniantur.*

12 *Pomœrium quid ſit, & intra illud arari, uel habitari non licet.*

13 *Acceſſorij & principalis idem erit iudicium.*

14 *Pomœrium gaudere debet eodem priuilegio, quo gaudet terra adiacens eccleſiæ maiori.*

15 *Pomœrium per quindecim pedes ſuos extendit confines ultra mœnia.*

16 *Conſuetudo ſeruanda erit, ſi apparet in ædificando, ſpacio intermiſſo circa mœnia.*



17 *Conſuetudo ſpecialis, derogat legi ſpeciali.*

18 *Arbores ſi naſcantur prope mœnia, iudicis officio excidendæ erunt.*

Ciuitas † autem muris & continentibus ædificiis 1
finitur l.ij.ff.de ver. ſig. & ſimiliter ſecundũ Pari.
de Pu. in verb.ciuitas.de verb.ſi.Ciuitas aliquãdo ponitur pro muris, loco, ſuburbiis, & habitationibus, & ſubinde eſt, ac ſi omnia prædicta nominata fuiſſent, & aliquãdo murorum ambitu terminatur, c.ſi ciuitas, de ſen.excom.in vj.& c.ſtatutum.§.j.de reſcrip.eo.lib.vel ſecũdum Bal.l.ex hoc iure.in ver. & nota quòd in terris.nu.15.ff.de iuſti. & iu.ciuitas dicitur quæ muris eſt cincta, veterum auctoritate: ſecundum cuius legẽ debét viuere caſtra in ſuo territorio cõſtituta. † Et pro- 2
priè in terris Chriſtianorum dicitur illa quæ ſedem epiſcopalem habet, vt voluit Bar. in rubrica qui ſint rebel.in ver.Longobardię.nu.5.ciuitas appellatur quę habet epiſcopum: licet antequàm eſſent epiſcopi, erãt ciuitates, quia ante Chriſti aduentum vrbes diſtinctæ fuere, c.j.lxxx.dis.& per Iaſ.in l.ſi hæres.§.vicis, nu.5.
ff.de leg.j. † Et ciuitati competit poteſtas de iure cõ- 3
muni eligẽdi ſibi defenſores qui habeant iuriſdictionem, non autem merum vel mixtũ imperium. vt in autentica de defenſo.ciui.§.iuſiurandum, quod tamẽ fallit in vrbe Romana.l.j.§.cum vrbem. de offi. præ. vrb. fallit etiam in aliis ciuitatibus quæ ex priuilegio eligendi poteſtatẽ habent, qui habeat mixtum, vel etiam merum imperium, vt d. §. iuſiurandum, & ſecundum canones, epiſcopi ordinari debent in dictis locis, & vbi primates habitare ſolebant, c. j. ij. & iij. lxxx. diſt.
† Vnde inſurrexit conſuetudo, quòd locus habẽs epiſ 4
copũ ſit ciuitas, licet verè ſine epiſcopo ciuitas dicitur eò ꝙ habeat officiales prædictos, merum & mixtum imperium ac iuriſdictionẽ exercentes. † & patet 5
quod

quod licet ciuitas epiſcopo priuetur, tamen per hoc
non deſinit eſſe ciuitas,vt voluit Bal.in d.l. ex hoc iu-
re.& aliquando ciuitas largius accipitur, etiam quod
tractatu de muneribus ſubeũdis, & iuriſdictione exer
6 cenda.† & ſub cuius appellatione continẽtur caſalia,
vicus, territorium, diſtrictus & habitatores eorum.l.
mediterraneæ.C.de anno.& tribut.lib.x.& l.qui ex vi-
co.ff.ad municipal.& l.fin.de iur.om.iudi.ac etiam cõ-
prehenditur portus & mare illi adiacens ſecundum
7 gloſ.in c.vbi periculũ.† porro,in verſi. cum ſua curia.
8 de electio.in vi.† Quæ ſit ciuitas, quæ requirantur vt
fiat, & eius priuilegia traditur à Pau. Caſt. in d. l. ex
hoc iure.nu.26.& per Fely.in c.Rodulfus,num. 37. de
9 reſcrip.& per Goza.in conſ.v.nu.4. † & in dictis locis
deſcribitur quid cõtineatur caſtri & municipij appel-
latione,& quid ſit oppidum, & villa tractatur per Iaſ.
10 in d.§.vicis.† Et aduerte quòd terra cõprehendit non
ſolùm caſtrum & villam,ſed etiam regnum & prouin-
11 ciam,c.cùm in partibus,de ver.ſigni. † & aliud eſt di-
cere aliquid eſſe in ciuitate, & aliquid eſſe in pertinẽ-
tiis,prout voluit Paris de Puteo in dicto verſi. ciuitas.
& in verſic.caſtrum. de verb.ſignifi.& in cap.circa. de
fini.feu.Neque erit omittẽdum, quòd ciuitatum mœ-
nia ſunt quaſi diuini iuris, vnde in eis delinquẽtes ca-
pitali afficiuntur pœna. §. ſanctæ. inſtit. de ver. diui.
quamuis Ang.Aret.ibi nu.j.& Cor.in conſil.xxxij. viſa
inquiſitione.nu.13.in fi.vol.iiij.dicãt doctores tenere,
quòd ita pœna tantùm procedat in violantibus almæ
vrbis mœnia,in cæteris pœna ſit iudicum arbitraria.
12 † quódque eſt circumcirca mœnia tam intus quàm
13 extra,pomœrium † vocatur,vnde etiam,vt dicit gloſ.
in l.cui.in ver.pomœrio. ff. de ſer. expor. pomœrium
appellatur ſuburbium, vel horta circa ciuitatem exi-
ſtentia:& cui interdicitur pomœrium, & ciuitas ipſa
interdicta eſſe videtur,per tex.ibi.& gloſ. in c. latorẽ.
in ver.



in ver.niſi prius.xxxiiij.q.ij.& intra pomœrij confines
neque habitari,neque arari fas erat,vt deſcribit Cale-
pi.in ſuo vocabulario in litera P.& non eſt mirum, ſi
ibi arare,vel habitare quis non poſſit,† quia idem erit 14
iudicium de acceſſorio, quod de principali, c.ſi ſuper
gratia, de offi.de leg.lib. vj. & c. acceſſorium. cum ibi
not.de.reg.iuris.eod.lib. & l.cùm principalis.ff.eo.tit.
vnde Hiero.Cagno.ibi.nu.9.infert,quòd legata domo
veniat etiam hortus cõtiguus,tanquàm acceſſorius ad
domum, ſiue tanquàm de pertinentiis domus, per l.
prædiis.§.qui domũ.ff.de leg.iij. & per Cæpol. de ſer-
ui.vrb.prædio.in tit.de horto.c.lxxvj.nu.6.Sed mœnia
ciuitatũ ſunt ſancta,& in bonis nullius,d.§.ſanctæ, &
non ſunt in cõmercio noſtro,vt ibi deſcribit Fab. quia
quodãmodo ſunt diuini iuris & ſanctũ ab iniuria ho-
minum munitum eſſe debet,atque defenſum.l.ſanctũ.
ff.de re. diui. & ſimiliter pomœrium erit ſanctum, &
quaſi diuini iuris, & non erit in cõmercio noſtro, vel
in bonis alicuius.& † ideo in eo ſicut in mœniis nihil 15
fieri poterit.vel ſicut terra per xl. paſſus eccleſiæ ma-
iori circumcirca adiacens gaudet immunitate eccle-
ſiæ,c.ſicut antiquitas xvij.q. iiij. ita etiam pomœrium
adiacens mœniis circumcirca gaudere debet immuni-
tate qua gaudent mœnia, videlicet vt quis intra illud
quicquam facere poſſit. † & pomœrium per quinde- 16
cim pedes ſuos extendit cõfines, quia vt dicit Cæpol.
de ſerui.vrba.prædio.in tit.de mœnia.c.lxj.num.3. qui
vult ædificare iuxta ciuitatis muros, debet dimittere
ſpacium quindecim pedum, per tex in l. mœniana &
in l.ſicut.& ibi gloſſ.C.de ædifi. priua. & Ang. in l. qui
prouincias.C.eo.vult ita ſeruari.& iuxta ciuitatis, vel
caſtri muros ædificari nõ permittatur,niſi tãto ſpacio
intermiſſo, ne quid mali vel ſiniſtri excogitari poſſit,
vel etiam propter incendij,& ruinæ periculum. & ibi
Cæpo.num.4. ſubdit quòd in aliquibus locis hoc non
ſeruatur,

17 ſeruatur,vt Neapoli. † ideò conſuetudo ſeruãda erit.
l.j.&l.an in totum.C.eo.& glo.in l.prohibere.§.planè.
in ver. municipalis. ff. quod vi aut clam. vbi habetur
18 † quòd cõſuetudo ſpecialis derogat legi ſpeciali. im-
mò plus dicit Corne.in d.conſ.xxxiij.num.4. quod ex
cõſuetudine induci poteſt quòd priuato liceat habere
ædificiũ ſupra ciuitatis muros,& vbi conſuetudo non
erit,ſtãdum erit d.l.ſicut.vt no. Cæpo.in d.nu.4.& vbi
eſſet talis cõſuetudo ædificandi,ſalarium ſuper ædifi-
cio imponeretur,vel ſi opus noceret vſui, dirueretur
19 ſecundum Fab.in d.§.ſanctæ. † & ſimiliter ſi arbores
intra pomœrium naſcantur,aut pullulauerint,iudicis
officio excidendæ erũt, ne earum radices muros cor-
rumpant. l. j. C. de aquæduc. lib. xj. vbi Bar. in fi.not.
quòd arbor per quindecim pedes extendit radices,&
hæc erunt menti tenenda, vt ſi contingeret caſus,
prout in hoc Anno M D. L V I.contigit in alma vr-
be, vbi plures priuatorum vineæ ac parietes propè
mœnia exiſtentes,demoliti fuere,ad effectum munié-
di vrbem, quæ à militibus Cæſareanis, & Phili. Re-
gis Neapo. obſeſſa fuerat, ſcias decidere difficulta-
tes: & quia ciuitates ſub ſe regulariter habent terri-
toria,dictrictus, comitatus, curiam, iuriſdictionem,
diœceſim,ac parochiam, ex quibus inſurgunt finales
quæſtiones,ideò de ſingulis diſcutiendum erit.

## CAP. VI.

1 *Territorium dicitur agrorum uniuerſitas intra fines cuiuſque uniuerſitatis,& eſt ſpacium iuriſdiction e munitum.*

2 *Ciuitas dicitur eſſe de territorio illius ciuitatis cui ſubeſt.*

3 *Iudex ciuitatis,cuius eſt exercitus,poterit punire delinquentem in exercitu.*

4 *Originarius non poteſt puniri de delicto extra territorium commiſſo à iudice originario.*

*Territo*



5 *Territorij ambitus,monaſteria,& eccleſias comprehendit,& flumina.*

6 *Flumina nauigabilia in uniuerſali, ſunt imperij Romani, ſed in particulari ſunt ciuitatũ, per quarum territorium tranſeunt.*

7 *Alueus fluminis eſt illius territorij intra q̃ reperitur.*

8 *Territorium dicitur eſſe in mari.*

9 *Territorium aliquando accipitur pro iuriſdictione.*

10 *Territorium per actus iuriſdictionales demonſtratur.*

11 *Territorium diuidi poteſt,quoad iuriſdictionis exercitium.*

12 *Territorium eſt dominorum quoad iuriſdictionem, quò uerò ad paſcua & operas eſt ciuium.*

13 *Dominus non poteſt extraneis paſcua locare,nec facere quod herbagia non ſufficiant ciuibus.*

14 *Dominus non poteſt paſcua reddere ad culturam.*

15 *Territoria mutantur ſecũdum uiciſſitudinem ſtatuum mundanorum.*

ET territorium † vt habetur in l. pupillus.§.ſi ter- 1
ritorium.ff.de verb.ſigni.dicitur agrorum vniuer-
ſitas,intra fines cuiuſque vniuerſitatis, & à terrendo
vocatur.& vt traditur a Bal.in rub.nu.2.quæ ſint rega.
in vſi.feu.& à Fely. in C.Rodulphus.nu. 13. & 28. de
reſcript.& Boer.in deciſio.ccxxvij.nu.7.in ij.par. Ter-
ritorium nil aliud eſt quam terræ ſpatium,iuriſdictio-
ne munitum & armatum † & ciuitas quæ alicui alte- 2
ri ciuitati ſubeſt dicitur eſſe de territorio ciuitatis cui
ſubeſt, licet non dicatur de comitatu, vt exemplum
ponit Corne.in conſ. cli. in hac conſultatione. nu. 5.
vol.iij. in ciuitate Piſana quæ ſubeſt Florentiæ, quia
dicitur eſſe de eius territorio.† & quotieſcunque con 3
tingeret alicuius ciuitatis exercitum caſtra metari in
alieno loco,tunc dicitur terrere, & illius ciuitatis iu-

 dex

dex poterit punire delinquentem in exercitu, perinde ac ſi in eius territorio deliquiſſet, vt per Bar. in d.§. territorium, & in l.cunctos populos.nu. 46.C.de ſum. tri.& fide ca.quem ſequitur Abb.in conſ.lxiiij. nu. 12. vol.ij.Alias vt late congerit Hippo. de Marſil. in conſ.
4 ex.nu.18.vol.ij.† originarius non poſſet puniri de delicto extra territorium per iudicem originarium, licet Ang.in tract.maleſi.in ver.hæc eſt quædam inquiſitio. in verſ.quæro an in delictis, nu. 84. & in ver. exiſtens
5 Florentiæ.nu.j.videatur tenere contrarium.† & territorij ambitus, monaſteria & eccleſias comprehendit, quæ non ſunt de diſtrictu, ac etiam aquam & flumina ſub ſe habet, vt traditur per Bal. in conſ. xcv. laudare nu.2.vol.ij.& aduertas ſecundum Bal.in l.ſi plures.C.
6 de condi.in ſer. † quòd omnia flumina nauigabilia in vniuerſali ſunt imperij Romani, ſed in particulari ſunt earum ciuitatum, per quarum territorium tranſeunt, quia vnum & idem eſt territorium, quod eminet ſuper aquas & quòd aquis immergitur.& Curti. ſeni. in
7 conſ.lxx. nu. 22. † dicit alueum ſiue locum aquæ ducendæ cnſeeri de illius populi territorio, intra quod reperitur, & denique territorium comprehēdit quicquid eſt intra territorij fines, ita quòd nulla perſona, aut locus nullus excluditur l.j.§.cum vrbem. ff. de offi. præ. vrb. & per Bal.in conſ. cccxxvj. rex Romanorum.nu.9 vol.j.idem tenet Sozi.in conſi.lxxxvj. nu. 6. & conſi.cxxvij.nu.2.vol.j.& in conſ.clxvj.nu.3. vol. ij.
8 & Sozi.iuni.in conſ.lxviij. nu. 2. † & territorium dicitur eſſe in mari, vt voluit Deci.in c.licet cauſam. nu. 3. de appella. vnde vt dicit Cæpo. in tracta. ſerui. ruſti. prædio.in tit.de mari.c.xxvj. nu. 26. appellatione territorij alicuius ciuitatis comprehenditur mare & diſtrictus per illam ciuitatem, & maxime in fauorabilibus per c.vbi periculum.§.porrò, & ibi per doctor. & Geminia. de electio. in vi. & vt habetur per Pari. de

Put.



Put.in ver.territorium de ver.ſigni. † territorium ali- 9
quando accipitur pro iuriſdictione, & tenimento, & illud quod eſt factum in territorio, poteſt dici factum in ciuitate, quia ciuitas ineſt territorio, & territorium ineſt ciuitati, & vt habetur per Corne.
in conſi. cccxxxiij. num. 26. vol.j. † territorium per 10
actus iuriſdictionales deſignatur non per actus particularium repreſentantes dominium vel poſſeſſionem, pro vt per fructuum recollectionem, † & ter- 11
ritorium poteſt diuidi ſaltem quoad iuriſdictionis exercitium, vt per Alber. Bru. in conſ. xxxvij. num. 7.
† & territorium eſt dominorum quoad iuriſdictio- 12
nem, quo verò ad paſcua & onera eſt ciuium, † vnde 13
non debet dominus locare paſcua extraneis, immò nec ipſi domini poſſunt tantam animalium ſuorum quantitatem in paſcuis tenere, propter quod herbagia, & paſcua non ſufficiant, vt habetur per Bertran.in conſi.xxxvij.vol.j. & ſecundum eum in conſi. xlix. eo.
vol. † Territorij dominus non poteſt reddere ad cul- 14
turam paſcua in præiudicium vniuerſitatis, & vt refert
Bru.in conſi.cix.num.8.† territoria ſæpe mutantur ſe- 15
cundum viciſſitudinem ſtatuum mundanorum.c.lege. x.diſt.& c.j.diſt.c.ci.& c.hoc quippe.iij. q. vj. & c. j. de religio.domi.lib.vj.

## CAP. VII.

1 *Diſtrictus eſt locus iuriſdictione munitus, intra quem homines diſtringuntur.*

2 *Diſtrictus eſt laicorum & clericorum, ſed diœceſis clericorum tantùm.*

3 *Diſtrictus eſt dominium uel territorium accedens ciuitati in ſubiectionem.*

4 *Diſtrictus eſt, quod à ciuitate diſtringitur, & ponitur pro territorio & iuriſdictione.*

5 *Diſtrictus dicitur conuentionalis, priuilegiatus & præſcriptus.*

6 *Diſtrictus eſt territorium cui iuriſdictio ineſt, & à comitatu differt.*

7 *Diſtrictus dicitur etiam ſpatium aquæ, ſeu latitudo iuriſdictione munita.*

8 *Diſtrictus non ſolum dicitur in terra & mari, ſed in cœlo & aëre.*

9 *Delinquentes uel contrahentes in mari, ſortiuntur forum illius ciuitatis, uel loci cuius eſt mare.*

10 *Delictum perpetratum in mari, inter duas ciuitates æque diſtantes, dicitur eſſe perpetratum in confinio.*

11 *Præuentioni locus erit, quando delictum erit commiſſum in confinio maris, & ea quæ fit per capturam præualet uerbali præuentioni licet prius factæ.*

12 *Iuriſdictionem habens in diſtrictu mari cohærenti, habet etiam in mari uſque ad centum miliaria.*

13 *Miliaria centum in mari ſunt minus duabus dietis.*

14 *Papa ſi moritur in mari, eius electio erit fienda in loco ibi propinquo.*

15 *Loco deputato ſi fieri non poterit quod debetur, fiet in loco propinquo.*

1 DIſtrictus † enim eſt locus iuriſdictione munitus,
intra quem homines diſtringuntur. & dicitur à
diſtringendo ſicut territorium à terrendo, vt habetur
in c. vbi periculum. in §. porrò. iuncta Gloſ. in ver.
territorio. de elect. in vi. & not. Abb. in conſi. xx. nu. 2.
vol. j. & Corne. in conſ. clxxxvij. vol. iiij. & ſecundum
2 Fely. in c. Rodulphus. nu. 31. de reſcript. † Diſtrictus
eſt laicorum & clericorum, ſed diœceſis clericorum
tantùm: & vbicunque quis diſtringendi, ſiue terrendi
habet poteſtatem, ille locus dicitur de diſtrictu, ſiue
territorio, vt refert Deci. in conſ. cccccxxxiiij. nu. 7.
vol.



vol. iiij. & in l. fin. nu. 19. ff. de iur. om. iudi. † vel diſtrict. 3
vt vult Aret. in conſi. lxxvij. nu. 4. propriè eſt dominium
vel territorium ciuitati in ſubiectionem accedens
vltra fines ſimul cum ciuitate ſtatutos, intra quos
quicquid eſt, vocatur diſtrictus vel territorium. l. ſi pupillus.
§. territorium. ff. de verb. ſignifi. & quicquid de
nouo ciuitati accreſcit, dicitur diſtrictus, niſi ſub ciuitatis
nomine concedatur. vt per Cyn. & Bal. in l. etiam.
C. de iu. do. † & diſtrictus eſt illud quod à ciuitate 4
actualiter diſtringitur, vt per Zaba. in cle. ij. §. ſanè, nu.
6. de electio. & diſtrictus aliquando ponitur pro territorio
loci, vel agrorum. & pro iuriſdictione, & idem
eſt quod comitatus ſecundum Pari. de Put. in ver. diſtrictus
de verb. ſigni. & diſtrictus & poteſtas idem
eſt. vt voluit Gloſ. in §. rurſus. in verſi. poteſtate. Inſtitut.
de actio. & Pari. de Put. in c. j. nu. 7. de fin. feu. † vel 5
ſecundum Bal. in conſi. ccccxcix. nu. 5. vol. iiij. diſtrictus
triplicìter accipitur. videlicet conuentionalis,
quando caſtrum pro ſe regit, & ſe alicui ciuitati, ob
ſui corporalis tutelam ſubmittit, ſine tamen principis
præiudicio, vt in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omn.
iudic. & diſtrictus priuilegiatus dicitur quando princeps
alicui ciuitati caſtrum conceſſit ad diſtrictum, vt
l. humanum. C. de legi. & præſcriptus diſtrictus dicitur,
quando imperium & iuriſdictio præſcribitur in
ipſo caſtro. l. viros. iuncta Gloſ. in verſi. omittit. C. de
diuer. officiali. lib. xij. & c. cum contingat in fin. iuncta
Gloſ. in verſi. vel conſuetudine. de foro comp. vel vt
dicit Bal. ccccxix. ad euidentiam præmittendum. vol.
j. † diſtrictus eſt territorium cui iuriſdictio in eſt, & à 6
comitatu differt: quia comitatus propriè eſt ciuitatum.
& diſtrictus eſt dominorum, vel ſecundum Geminia.
in c. quoniam. vt cleri. vel mona. in vi. diſtrictus comprehenditur
ſub appellatione terrarum domini, & vt
traditur per Fely. in d. c. Rodulphus. nu. 13. † diſtrictus 7

dicitur propriè loquendo ſpatium aquæ, ſeu latitudo
iuriſdictione munita,& ſic diſtrictus erit in mari,vt vo
luit Cæpol.in tract.de ſeru.ruſti.præ.in tit.de mari.nu.
8 26.& Lauren.Calca.in conſi.xc.in fi.† & diſtrictus di-
citur non ſolũ in terra & mari, ſed in cœlo & aëre,vt
voluerunt Bal.in conſi.ccccxx. verba principis. vol. j.
& Cæpol.in d.tit.de mari.nu.24.& Paris de Put.in c. j.
nu.6.de fini.feu.& termini in cœlo & aëre fuêre poſiti
tempore Alexandri Papæ vi.inter Luſitanos ſiue Por-
tugalenſes,& Caſtelanos,diuidẽdo inſulas Indiæ tunc
nouiter repertas,per lineas graduũ cœli, & quicquid
reperiebatur à parte orientali erat Portugalẽſium , &
9 à parte occidentali erat Caſtelanorũ,†& ſecundũ Ia-
co.de Belui.in ſua practi.de foro cõpeten.nu.19.quan
do contractus ſiue delictũ fit in mari,tunc contrahen-
tes vel delinquentes ſortiuntur illius ciuitatis vel loci
forum , de cuius diſtrictu & iuriſdictione eſſet mare,
10 † vel ſi eſſet in mari delictum perpetratum inter duas
ciuitates æquè diſtantes , tunc diceretur commiſſum
eſſe delictum in confinio quod eſt cõmune vtriuſque
ciuitatis ſecundũ Cæpol.in d.tit.de mari.nu. 20. per l.
arbor.in princ.& §.de veſtibulo. ff. commu.diui.& ad
vtrãque pariter ſpectabit criminis cognitio,& ſimili-
11 ter erit in cõtractibus,vt ibi per eũ,† & ſi eadem par-
ticula maris ad plures pertineat , tunc quilibet pote-
rit cognoſcere,& erit locus præuẽtioni.l.ſi quis poſt-
eà.ff.de iud.& præueniſſe dicitur qui delinquẽtẽ cepit
in mari.licet alius iudex prius eũ verbaliter citaſſet,vt
ibi per Cæpol.nu.22.& Ang.in l.ſané ſi maris.ff. de in-
12 iur.† & ſic iuriſdictionem habens in territorio,vel di-
ſtrictu mari cohærenti,habet etiã iuriſdictioné in ma-
13 re,vſque ad centum milliaria.† Et centum milliaria in
mari ſunt minus duabus dietis , vt traditur per Bar. in
trac.tiberiadis de inſula.in §.nullius , nu.j. & per Pau.
Caſt.in d.l.inſulæ.ff.de iud.& in l.deprecatio.ff.ad leg.
ro.de



ro.de iac.& per Cæpol.in d.tit.de mari,nu.14.& Fely.
in c.cum olim.de exceptio. † Et ſi Papa moritur in ma 14
ri,eius electio fieret in ciuitate vel loco cui ſubeſt ma
re,vt voluerunt Iaco.de Belui.in d.tit.de fo.cõpet.nu.
19.& Cæpol.d.tit.de mari. nu.18.per Gloſ.in d. c. vbi
periculum.§.porrò.in ver.territorium.de elect. lib. vj.
& ſi mare per aliquem non diſtringeretur , tũc electio
erit facienda,in viciniori loco,ſiue territorio,cui ma-
re eſt propinquum , & ex hoc Gemi. not. ibi , † quòd 15
quando aliquid non poteſt fieri in loco deputato, de-
bet fieri in loco propinquo.

## CAP. VIII.

1 *Comitatus appellatur diſtrictus ciuitatis , & continet*
*in ſe acceßionẽ & naturales pertinentias ciuitatis.*
2 *Comitatus importat territorium uillarum, uel caſtro-*
*rum & gaudet eiſdem priuilegiis : & poterit eſſe*
*aliquod caſtrum de comitatu Imolæ, quod non erit*
*de diſtrictu Bononiæ.*
3 *Comitatus accipitur pro Principis præſentia.*

COmitatus †vt inquit Gloſ.in c.prouinciæ.in ver- 1
ſi.comitatus.xc.diſt.appellatur diſtrictus ciuita-
tis,& ſecundum Bal. in conſi. ccccxix. vol.j. continet
quãdam ciuitatis acceſſionem , & eius naturales per-
tinentias,& vt voluit Car. Zaba. quem ſequitur Fely.
in c.Rodulphus.nu.3.de reſcrip.† comitatus importat 2
territoriũ villarũ vel caſtrorum, quod eſt pertinẽs ad
ciuitatem,ita quòd gaudet eiſdẽ priuilegiis, & eãdem
rempublicam conſtituit, & dicitur poſſe cõtingere ali
quid eſſe de ciuitate,& nõ de diſtrictu , quia diſtrictus
concernit quod à ciuitate diſtringitur. ſed comitatus
non ita ſtrictè accipitur,vnde aliqua caſtra ſunt de co
mitatu Imolæ,quæ non ſunt de diſtrictu Bononiæ.†& 3
aliquando comitatus ponitur pro Principis præſen-
tia,vt eſt tex.iuncta Gloſ.in l.vnica.in ver.comitatu.C.
quam.imper.inter pupil.& vid.

## CAP. IX.

1 *Curia nihil aliud ſignificat quàm quoddam ius uniuerſale, ſub quò ineſt iuriſdictio.*
2 *Curia dicitur locus extra caſtrum, & pertinens ad caſtri iuriſdictionem.*
3 *Curia eſt uniuerſitas uel ius uniuerſale.*
4 *Curia accipitur pro territorio uel comitatu.*
5 *Curia accipitur pro Principis reſidentia.*
6 *Curia capitur pro conuentu decurionum.*

1 CVria † nihil aliud ſignificat quàm quoddam ius vniuerſale, ſub quo principaliter iuriſdictio cõprehenditur. C. cum Bertoldus. in ver. cum vniuerſitate. de re iudi. & c. j. §. item ſi quis in fi. & ibi Gloſ. quib. mod. feu. amit. & per Fran. Corti. iunio. in conſ. clviij. nu. 28. vol. ij. †
2 & curia dicitur etiam locus extra caſtrum & intra, qui defenditur ab hominibus caſtri, & ſic eſt locus pertinens ad caſtri protectionem & iuriſdictionem, vt habetur per Bal. in l. ſi præſes. C. de condi. inſer. & per Sozi. in conſ. lxxxvj. nu. 5. vol. j. & in cõſ.
3 clvj. nu. 3. & in conſ. clxxxvij. vol. ij. † & ſi nomen curiæ non deſignaret iuriſdictionem, non eſſet vniuerſitas vel ius vniuerſale, ex quo ſolo, quod eſt omnium rerum dominium, quæ ſunt in vno loco, pertinet ad vnum, vt per Fabia. de Monte in tract. de emptio. & venditio. in vi. q. prin. in verſ. circa tertium. num. ij. in tho.
4 viij. † & aliquando curia ſumitur pro territorio, vel comitatu alicuius ciuitatis, vel caſtri, per tex. in c. j. de capita. qui iuriſdict. vendi. in vſi. feu. quem alleg. Nell.
5 in tract. banni. in j. par. ij. par. q. lvj. † vel aliquando curia capitur pro principis reſidẽtia, vt c. ſi nobis. in ver. ad comitatum xxiiij. q. viij. & ad id facit quod voluit Sozi. in conſ. xcv. nu. 9. vol. iij. vel curia ſumitur pro conuentu decurionum & prælatorũ, & pluribus aliis modis capitur, vt habetur per Boer. in tracta. de auct. mag. conſ. nu. 168. q. eſt cõpilatus poſt eius deciſiones.

CAP.



## CAP. X.

1 *Ager eſt ſpecies fundi ad uſum hominis deſtinati, & quid ſit fundus, & quid ſit prædium, uel locus.*
2 *Ager eſt locus uacuus, ſiue Villa.*
3 *Ager dicitur uineatus, & quãdoque ponitur pro Villa.*
4 *Ager habet conditiones duas, & eſt diuiſus & aßignatus colonis.*
5 *Ager ſtrigatus & ſcannatus quid ſit.*

SEquitur modo videre, † quid ſit ager, & vt exponit 1
Modeſtinus Iureconſultus in l. quæſtio. de verb. ſigni. ager eſt ſpecies fundi ad vſum hominis deſtinati, vel comparati, & ibi etiam deſcribitur quid ſit fundus, & quid ſit prædium. † & quid ſit locus declara- 2
tur in l. locus eſt. ff. eo. ti. vel ager dicitur locus vacuus, ſiue villa. & eſt genus, cuius appellatione venit omnis locus, ſine ædificio l. ager. & l. fundi. ff. eo. & facit quod not. Alciat. in l. quinque pedum præſcriptione. in pagi. xxvj. C. fini. regun. vel ſecundum Pari. de Put. in ver. ager, de verb. ſignifi. in ver. agri, † aliquando ager dici- 3
tur vineatus, & quãdoque ponitur pro villa, & quandoque vbi eſt vna domus, villa vel plures, & quandoque eſt locus adiacens flumini, & colitur vel ſeminatur, & ager dicitur in rure, & area in vrbe, vel vt habetur in commentario Aggenij Vrbici in Iulium Frontinum in Codice Theodoſiano, pagina 172. † ager eſt 4
diuiſus & aſsiſignatus colonis, ſiue mancipiis, vnicuique ſecundum modum & terræ qualitatem. & ager habet conditiones duas, vna quæ plerunque limitibus continetur, altera quæ per proximos poſſeſſionum rigores aſſignata eſt. † & ager ſtrigatus dicitur, qui à 5
ſeptentrione in longitudinem in meridianum decurrit, & ager ſcannatus eſt, qui & modo ab occidente, in oriẽtem decreſcit. & qualitates agrorum ſunt tres, vt habentur in d. C. Theodo. in Iuliũ Frontinũ, in pa. 172.

 CAP.

## CAP. XI.

1 *Iuriſdictio dicitur poteſtas de iure publico introducta.*
2 *Iuriſdictio de iure gentium inuenta, licet poſtmodum diuiſa de iure ciuili.*
3 *Iuriſdictio eſt quoddam ius abſtractum, quod intellectu percipitur, & dicitur à ditione.*
4 *Iuriſdictio à Papa, uel Imperatore dependet.*
5 *Iuriſdictio originaliter eſt in Papa, & eius exercitium in Imperatore, & quare diuiſa fuit.*
6 *Iuſtitiæ miniſtri dicuntur agricolæ.*
7 *Iuriſdictionis uniuerſitas triplex eſſe dicitur.*
8 *Iuriſdictio licet ſit indiuiſibilis, tamen eius exercitium eſt diuiſibile.*
9 *Iuriſdictionis diuiſio, facta per dominos locorũ ualebit.*
10 *Rex non poterit diuidere regnum.*
11 *Donatio facta eccleſiæ per Conſtantinum, quare fuit cum conſenſu populi Romani. & ibi nu. 12.*
12 *Iuriſdictio quæ eſt apud plures, licet diuidatur, tamen apud quemlibet remanet inſolidum.*
13 *Iuriſdictionem quis habere poteſt in uno territorio, & alius proprietatem.*
14 *Iuriſdictio eſt paſſiuè in uno territorio, & actiue in eius magiſtratibus.*
15 *Iuriſdictio eſt in magiſtratu tanquam in ſubiecto animato.*
16 *Iuriſdictio ſicut eſt in territorio, ita erit in mari ei adiacenti.*

1 IVriſdictio † dicitur poteſtas de iure publico intro-
ducta cum neceſsitate iuriſdicendi, & æquitatis ſta-
tuendæ, vt not. Gloſ. in l. i. in ver. poteſt. ff. de iur. om.
2 iudi. † & fuit inuenta de iure gentium, licet poſtmo-
dum de iure ciuili factæ fuerint diuiſiones & diſtri-
butiones particulares magiſtratuum: vt Iaſ. poſt alios
in l.



in l. ex hoc iure. nu. 3. ff. de Iuſti. & iure per l. ij. §. poſt
originem. ff. de ori. iur. licet etiã poſſet dici quòd prius
per Moyſen diſtincta fuerit prout dixi ſupra in cap. ij.
† & iuriſdictio eſt quoddam ius ſubtractũ, quod intel 3
lectu percipitur: & dicitur à ditione, quod eſt pote-
ſtas, & iure id eſt quaſi iuris poteſtas, vt declarat Glo.
in l. Imperiũ. in Gloſ. magna poſt prin. ff. de iu. om. iudi.
& ibi per Bar. & Doctor. & in l. j. ff. eo & tunc ſcribitur
ſine c. vel poſſet dici à iuris & dico dicis, & tunc ſcri-
bitur cum c ſecundũ Grammaticos, licet olim in ſcri-
bẽdo plerũque cõfundatur, & indifferenter ſcribatur.
† Et omnis iuriſdictio à Papa vel Imperatore depẽdet 4
c. mãdata. de præſump. & d. l. ij. §. nouiſsimè, & in au-
thẽt. quomo. oper. epiſ. in prin. & vt voluit Bertran. in
cõſi. cccxxxj. nu. 6. vol. iiij. † omnis iuriſdictio origina- 5
liter eſt in Papa, & ſolũ exercitiũ tẽporalis iuriſdictio
nis eſt in Imperatore. iſti autem ſunt duo luminaria
magna præſidentes. c. ſolitæ, de maio. & obedi. & quia
non poſſunt ſingulorum cauſis intereſſe. l. præcipi-
mus. C. de appella. ideò per diuerſa territoria orbem
diuiſerunt, ſicut bonus paterfamiliàs diuidit fundum
ſuum in plures agricolas facilioris culturæ gratia l.
Caius. ff. de leg. ij. † Et miniſtri iuſtitiæ dicuntur agri- 6
colæ, in ſolicitudiniſque partem, & non in plenitudi-
nem poteſtatis vocati. d. c. mandata & ſubditis expe-
dit iudices habere, ſub quibus iura ſua proſequãtur, &
non ſibi ius dicãt. l. nullus. C. de iudi. & l. extat. ff. quod
met. cau. † Et iuriſdictionis vniuerſitas triplex eſſe dici 7
tur ſecũdũ Bar. in cõſi. cix. Primò quærit vtrũ iuriſdi-
ctio. nu. j. videlicet vna prouinciarũ, alia ciuitatũ, & a-
lia caſtrorũ, & quã iuriſdictionẽ vnuſquiſque habeat,
vide ibi per eũ, † vbi etiã habet, ꝙ licet iuridictio ſit in 8
diuiſibilis, tamẽ eius exercitiũ eſt diuiſibile, & ſimili-
ter erit intelligendum de iis quæ cõgerit in l. arbor. §.
fi. ff. com. diui. vbi dicit quòd iuriſdictio poterit di-
uidi

uidi ſicut caſtrum,vnde Curti.ſeni.in conſi.lxix.nu. 13.
vult duos fratres poſſe diuidere vnum caſtrum cum
iuriſdictione vſque ad talem locum, & alter vltra il-
lum locũ,& ſic diuidendo territorium,ex conſequen-
ti territorij iuriſdictio diuiditur:& licet iuriſdictio ſit
indiuiſibilis,tamẽ reſpectu territorij cui cohæret dum
9 diuiditur,fit diuiſibilis. † Et iuriſdictionis ac territo-
rij facta diuiſio per dominos terrarum iuriſdictionis
ac territorij valebit:vt habetur per Alber.Bru. in cõſi.
xxxiiij.nu.9.& per Hoſti. & alios Doctor.in c.fi.de ſuc
ceſſio.ab inteſta.& per Sozi.in conſi.clxvj.in cauſa cõ-
10 munitatis.vol.ij.† Et refert Sozi.in conſi. xxxix. nu. 7.
vol.iiij.Rex regnum diuidere non poterit, & ſic præ-
dicta procedunt in inferiori iuriſdictione & non in ſu
11 prema. † Vnde Conſtantinus Imperator cum populi
Romani conſenſu beato Sylueſtro Papæ donationem
fecit de terris,quas nunc poſſidet eccleſia: ſecundum
quod habetur in c.Conſtantinus.xcvj.diſt.quem dedu
cit Corſet.in tracta.de poteſta.reg.in q.fi.nu. 3. & Fa-
bia.de monte,de empt.& vendi.in iij.q.j.verſi.xj. nu.7.
tho.viij.& ſecundum Deci.in conſi.ccccclxiiij.nu.9.&
12 conſi.Dcxc.nu.25.† poterit eſſe ratio, quòd Conſtan-
tinus cum conſenſu populi donauit,quia dominus in-
uitis ſubditis non poteſt ciuitatem vel caſtrum aliis
ſubiicere,prout etiam concluſum fuit in deci. Tholo.
in q. cccclxxxv. quia ſubditorum intereſt non mutare
dominos,vel habere plures dominos, prout ſimiliter
intereſt domini non mutare vaſallos:vt not.Glóſ.in d.
deci.& ſecũdum Cor.in d.conſi. clxxiij. circa primum.
13 vol.iij. † Iuriſdictio,quæ eſt apud plures, diuiditur in
partes,licet apud quemlibet remaneat inſolidum. &
vaſalli non poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis
alterius iuriſdictionis,vel territorij ſine eorum domi-
ni conſenſu,vt not.Pau.Caſt.in l.j.§.poſt operis.nu.6.
14 ff.de oper.no. nun. † Neque erit inconueniens quòd
vnus



vnus habeat iuriſdictionem in vno territorio, & alter
proprietatem: ſecundum Pari.de Put. in ver. limes de
verb.Sig.† Et iuriſdictio ſecundum Bal.in l.j.§. in ini- 15
tio.nu.2.ff.de offi. præfect. vrb. materialiter & paſſiuè
ineſt territorio,ſed formaliter & actiuè ineſt magiſtra
tibus.& iſtam opi. ſequitur Iaſ.in d.l.j.nu.15. ff.de iur.
omni.iudi.& Boer.in deci.ccxxvij.nu.7. in ij. par. ſub-
dens iuriſdictionem ineſſe territorio, tanquam in re
animata,& ſicut ſeruitus in fundo ſeruiente vel domi-
nante,per Bal.in §.adhæc,col.ij.verſi.modo quæro,de
pa.iur.fir.† Et iuriſdictio eſt in magiſtratu tanquam in 16
ſubiecto animato,ſine quo iuriſdictio per ſe nihil agit,
l.ij.§.poſt originem.ff.de ori.iur. † Et ſicut iuriſdictio 17
ineſt territorio,ita erit in mari adiacenti dicto territo-
rio,& taliter quòd iudex poterit punire delinquentes
in mari adiacenti territorio, vt voluit Ant. Corſet. in
ſing.incip.iuriſdictio. & habetur per Cæpol.in tit. de
mari,nu.12.in tract.ſerui.ruſt.præ.c.xxvj.

## CAP. XII.

1 *Diœceſis eſt diuiſio,per quam epiſcopatuum fines diuiduntur.*

2 *Diœceſis eſt nomen uniuerſale, & comprehendit ſub ſe quicquid eſt intra eius fines.*

3 *Diœceſis quicquid habet intra ſe uidetur conceſſum iuriſdictioni illius cuius eſt diœceſis.*

4 *Diœceſes à Dionyſio Papa diſtinctæ fuerunt.*

5 *Epiſcopatus,ex cauſa diuidi poteſt.*

6 *Diœceſis in ſpiritualibus,idem eſt quod territorium in temporalibus.*

7 *Diœceſis appellatione non uenit ciuitas in materia ſtricta,ſed in fauorabilib.*

8 *Diœceſis non uenit regulariter appellatione diſtrictus & territorij.*

Diœceſes

9 *Diœceſes terminantur per caſtra, uillas, flumina & ualles.*
10 *Diœceſis una dicitur totus mundus reſpectu Papæ.*

1 Diœceſis † eſt diſtinctio ſiue diuiſio per quam
epiſcopatuũ fines diuiduntur.c.vnio.x.q.iij.& c.
quicunque.& c.licet.xvi.q.iij.& per Card.Zaba.in cle.
2 ij.§ j.nu.6.de elect.† Et diœceſis eſt nomen vniuerſa-
le ſicut territorium, & ſub ſe comprehendit quicquid
eſt intra eius confines, vt voluit Bal.in conſi.cccxxxvj.
rex Romanorum.nu. 8.& 9. vol.j.per ea, quæ haben-
tur in l.j.§. cum vrbem in ver.quicquid.ff. de offi.præ.
vrb. vnde etiam dicit Calcane. in conſi. lxxvj. in præ-
dicta cauſa nu 25.† quòd quicquid eſt intra diœceſim
3 intelligitur cõceſſum eius iuriſdictioni, cuius eſt dioe
ceſis, & ſic epiſcopus habet fundatam intentionem
de iure, quòd omnes in diœceſi exiſtẽtes ſint ſibi ſub-
iecti per not.in c.fin.de reſti.ſpo. lib.vj.& in c. de xe-
nodochijs. & in c. cum dilectus.& in c.conſtitutus de
religio.domi.erit tamen aduertendum, quòd proprie-
tas loci nõ facit diœceſim, vt not.Gloſ.in c. in ver.lo-
cis eo.ti. & terminis nouis nõ erit ſtandũ, vbi antiquis
diœceſis bene diffinitur, vt not. ibi Gloſ.in ver. ter-
4 minis.† Et diœceſes à Dionyſio Papa diſtinctæ, & li-
mitatæ fuerunt, vt habetur per Glo.in c.prouinciæ. in
ver.ante Chriſti aduentum.xc.diſ.Et licet Apoſtoli or
dinauerint vbi deberent ſtare Epiſcopi, non tamen
diuiſerunt Epiſcopatum fines: per Abb.in c.cum cau-
ſam, in fi.de proba.& per Bal.in l.optimam.C.de con-
trahen.& com.ſtipul.& Pari.de Puteo in c.j. in nu. 10.
5 de fini.feu. † Et Epiſcopatus ex cauſa diuiditur in
duos, ſicut parochia in duas, & præbenda in duas ſe-
cundum Io. Andre.in add. ad Spe. in tit. de cenſi. in §.
nunc videndum, in verſ. quid ſi vniuerſitas fecit nu. 2.
per c. præcipimus.xvj.q.j.& c. ad audientiam, de ecc-
cle.



æ.ædifi.& c. vacante in fi.& c. iij. de præben. & non
eſt verum, quod dicit Gloſ. in c. ij. in ver. diuiſimus.
xiij.q.j.in gentilitate epiſcopatus fuiſſe diſtinctos, per
tex.in c. j. lxxx.diſt.in quo habetur vrbes ante Chriſti
aduentum à Gentilibus conſtitutas fuiſſe, ſed de fini-
bus epiſcopatuum nihil dicit, & Iacob.de Belui.in ſua
practi.de foro compet.nu.7.† vult diœceſim in ſpiri- 6
tualibus idem eſſe quod territoriũ in temporalibus,
vnde territorium, & diſtrictus, ac diœceſis quaſi pro
eodem accipiuntur, vt per D. Ancha.in cap. eccle-
ſias. xiij. quæſti. pri. † & in materia ſtricta diœceſis 7
appellatione non venit ciuitas, ſed in larga & fauora-
bili ſic: ſecundum Abb. in cap. Rodulphus. nu. 1. de
reſcrip. per tex. & Gloſ. in c. vnico. in ver. diœceſis.
de rer. permuta. in vj. & in c. epiſcopus de offi. ordi.
eo. lib.† Et regulariter territorij, & diſtrictus appel- 8
latione non venit diœceſis, vt habetur per Fely. in d.
c. Rodulphus.nu. 18. & ibi deſcribit, quando diœce-
ſis appellatione veniat ciuitas, † Et diœceſes per ca- 9
ſtra, villas, flumina & valles terminantur, & illi erunt
fines æterni, in quibus verum ſemel, ſemper eſt ve-
rum, vt traditur à Bal.& Barba. & Fely. in cap. cum
cauſam.de proba.† & totus mundus reſpectu Papæ 10
dicitur vna diœceſis cap. cuncta per mundum. & c.
per principalem.ix.q.iij.

## CAP. XIII.

1 *Parochia quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Parochiæ à Dionyſio Papa diſtinctæ & limitatæ fuere.*
3 *Parochiæ non limitantur ſecundum diſtinctionẽ territoriorum.*
4 *Parochiæ uel patriæ error non nocet, ubi de ueritate conſtat.*
5 *Parochia ubi non habet certos fines, ex baptiſmo, & Euchariſtiæ receptione demonſtratur.*

Paro

1 PArochia † eſt locus in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus, certis conſtitutus limitibus: & dicitur parochia, quaſi curæ partitio, nam populi cura inter eccleſias parochiales partita fuit: & talis eccleſiæ rector dicitur populum regere ſecundum Abb.in rub. de paro.nu. 1.per c.j. de Capel. monach.
2 & per Archi. in c.licet canon.de elect.in vj.† Et parochiæ à Dionyſio Papa diſtinctæ & limitatæ fuere, c. paſtoralis,de ijs quæ fi.à præla.& c. eccleſias.xiij.q.j.
3 † Et eſt aduertendum quòd parochiæ non limitantur aut diſtinguntur, ſecundum limitationem & diſtinctionem territoriorum, quia vna parochia aliquando ſe extendit ad partes multorum territoriorum, prout
4 voluit Bertram. in conſi.cccl.nu.1. & 2. vol.iiij. † Et error parochiæ vel patriæ non nocet vbi de veritate conſtat,ſecundum Alex.in l.ſi quis in fundi vocabulo. nu.4. & ibi Iaſ.nu.4.ff. de leg.j. per l.iis verbis. §.fi.ff. de hære.inſti.& parochia poteſt diuidi in duas,vt dixi
5 in c. præce. † Et vbi parochia non habet limites certos, populus intelligitur ſubeſſe illi curæ, in qua accepit baptiſmum & ſacram Euchariſtiam, vt habetur in c.j.iuncta Gloſ.in verſi.& cuius de religio.domi.

## CAP. XIIII.

1 *Turpe eſt ignorare ea in quibus quotidiè uerſamur.*
2 *Mons quid ſit,& unde dicatur.*
3 *Collis quid ſit,& unde dicatur.*
4 *Vallis quid ſit,& unde dicatur.*
5 *Planus quid ſit,& unde dicatur.*
6 *Loca inſolita quæ ſint.*
7 *Loca relicta quę dicantur.*
8 *Loca extracluſa quæ dicantur.*
9 *Linea finitima aut menſuralis quæ ſit.*
10 *Mons quoad iuriſdictionem poterit eſſe domini unius uniuerſitatis, & quo ad rerum ſingularium proprietatē poterit eſſe nihilominus alterius ciuitatis.*



ET quia finium regundorum cōtrouerſiæ,de montibus,collibus,& vallibus frequenter agitantur, 1
† turpe eſſet ignorare ea,in quibus ſæpè verſamur,vt inquit tex.in l.ij.§.ſeruus autem Sulpitius. ff. de origi. iur.ideò non erit incongruum ſupradictis vſum quoque annectere,ac ea declarare. † Mons igitur ſecun- 2
dum Bar.in tract.de flumi.in ver.agro.nu.11.& 12.quā ſequitur Cæpol.in tract. ſerui.ruſti. prædio. in titu.de monti.in c.xxij.nu.1.eſt locus altus, l.ſi ædes ſupra. ff. de ſeruit.ruſti.prædio.quod tamen intelligitur de magna altitudine,& dicitur à mouendo,per contrarium, quia non mouetur,ſcilicet per culturam, id eſt, non colitur, terra enim quæ collitur bene mouetur, & mons ſecundum Cice.in lib.j.epiſtolarum in ea quam ſcribit Mar.Celio Rufo ædili dicitur diuiſus aquarum diuortiis,quando(vt ruſtici dicunt)ſicut aqua pendet, id eſt,à iugo montis vſque ad radices ſicut aqua diſcurrit eſt vnius,& altera parte montis ſicut aqua pendet eſt alterius.† Et collis vt ibi per Bar.quem ſequi- 3
tur Cæpol.in eo.tracta.in tit.de collibus in c. xxiij. ab altitudine montis dici poteſt, propriè verò à colendo, quaſi mediocres montes, quia coluntur, vnde ſcriptura ſacra ſub Pſalmo Dauid dicit,Montes exultauerunt ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium. & ſicut colles differunt à montibus, qui ſunt maioris altitudinis & communiter inculti: & ipſi ſunt mediocris altitudinis, & communiter culti, & habent propriam altitudinem, & non continuatam cum montibus,& in aliquibus partibus locus magnæ altitudinis, licet cultus dicitur mons: & locus paruæ altitudinis, licet incultus dicitus collis,& ſic diſtinguitur mons à colle altitudine vel cultura, vel circum colentium

æſtimatione,& dicitur ſimile.ff.de flumi.l.j.§.j.& montes,& colles differunt, vt habetur in l.fin.in prin.C.de ſum.Trini.& fide catho.† Et vallis vt in d.tracta.de flu
4 mi.per Bar.habetur.quem ſequitur Cæpol.in eo.tract.&.tit.de valle,in c.xxiiij.dicitur locus montibus collibúſve circundatus,& locus planus paruæ ſeu mediocris magnitudinis: & dicitur à vallo vallas, quod eſt
5 circundare. † Et planus eſt locus magnæ latitudinis, montibus,collibúſve circundatus, & dicitur à platos
6 Græcè,quod eſt æqualitas.† Et loca inſolita,vt deſcribitur in commentario Aggeni Vrbici in Iulium Frontinum,in Codice Theodoſiano, in pagina. clxxiiij. dicuntur quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis ſunt aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura, quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari. Et propterea & ſoluta loca ſic vocata ſunt, vel vt habetur in eodem libro de controuerſiis limitum, in pagi. clxxiij. † Relicta loca
7 ſunt,quæ ſiue iniquitate locorum aſſignari nequierũt, ſiue ex voluntate conditoris, id eſt, menſoris relicta, limites minimè acceperunt. Locáque relicta etiam dicuntur ea,quæ vis aquæ obtinuit, & loca etiam inſo-
8 lita vocãtur,& iuris ſucceſſionum eſſe noſcuntur.† Et extracluſa loca ſunt æquè iuris ſucceſſionum,quæ vl-
9 tra limites,& vltra finitimam lineam erunt.† Et finitima linea,aut menſuralis eſt, aut aliqua obſeruatione, vel terminorum ordine ſeruatur,multis enim locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit, ſicut in Lu-
10 ſitania finibus Auguſtorum.† Et erit aduertendum, quod licet mons ſit in vnius communitatis territorio, vel domini,nihilominus homines particulares alterius territorij poſſunt habere ibi proprietatem rerum ſingularium,& ſic quoad iuriſdictioné poterit eſſe vnius communitatis vel domini, & quoad rerum ſingularium proprietatem poterit eſſe hominum alterius commu



communitatis ſecundum Paul.Caſt.in conſ. lvj. nu. 2. vol.ij.per l.libertus.§.ſola.ff.ad municip.

## CAP. XV.

1 *Termini fuere inuenti ad diuidendum dominia, & regna.*
2 *Terminus,limes,& confinis quid ſit.*
3 *Terminus dicitur ex eo quòd terræ menſurã declarat.*
4 *Terminus,finis,meta,& limes ſunt iidem in effectu.*
5 *Monumenta ponuntur ut fines,& termini.*
6 *Limes quid ſit.*
7 *Lapis aliquando pro limite ponitur, ſed in confinibus ciuitatum & caſtrorum, non ſunt ita ſtricti fines, quia flumina,& montes pro finibus ponuntur.*
8 *Termini & limites adeò ſunt proximi,ut nullus paries in medio interponatur.*
9 *Rigor quid ſit.*
10 *Perſtrigas quid ſit.*
11 *Territoriorum fines qui propriè dicantur.*
12 *Termini ciuitatis,& caſtri iuriſdictionem arguunt,& non rerum particularium dominium.*
13 *Termini apparentes loco publicorum inſtrumentorum habentur.*
14 *Termini de re limitata non dicuntur.*

ET quia † propter diuiſiones dominiorum,& gen- 1
tium,vel regnorum diſtinctionem, à iure termini inuenti fuere,vt habetur per Pau.Caſt. in l. ex hoc iure.nu.24.ff.de iuſti.& iud.& ideò videndum, † quid ſit 2
terminus,limes, vel confinis:& dicas eſſe ſigna cuiuſcunque finis demonſtratiua.l.ij.in princ. ff. de ter.mo.& per ea quæ habentur in c.forus. de verb. ſigni. † & 3
dicitur terminus ex eo quòd terræ menſuram determinat,declarat,& deſignat,quia in iis finium teſtimonia intelliguntur, & agrorum aliarúmque rerum certamen

tamen aufertur,& ſic quiſque ſuis terminis contentus
eſſe debet,c.ſi quis epiſcopus.vij.q.j. & Gloſ. in cle. j.
in ver.metas,de hære.dicit:Dum tua rura metis , vici-
nis parcito metis , & ſic metas non licet tranſgredi,
4 † & metæ,ac terminus, finis , & limes , licet non ſint
ſynonyma , tamen pro eademmet re capiuntur. §. di-
ctum eſt.Inſtit.quib.mod. pa. po.ſoluit. & §. iis omni-
bus.in ver. termino. in authentico de hære. & falci. &
vj.q.j.§.j.in Gloſ. & ibi per Archi. per eum etiam in c.
ad eccleſias,col.x.ver.ad primum.xiij.q.j.& in c.j. col.
5 j.ver.ad primum ea.q.† Et monumenta ſunt etiam tan
quam fines & termini,quia permanent & docẽt quo-
uſque protendantur fines.l.ij.& ibi Glo. C.fini.regun.
6 † & limes vt habetur per Abb.in c.ſuper eo. nu. 5. de
paro.quem ſequitur Fely.in c.quia indicante. nu. 4. de
præſcrip. eſt quædam longitudo ſiue latitudo ſpacium
7 à ſpacio diſtinguens. † Et quandoque lapis eſt pro li-
mite,ſed in ciuitatibus & caſtris non ſunt ita ſtricti li-
mites,ſed aſſignatur quando flumina , & montes pro
limitibus ſunt,vt habetur per Pari.de Put.in ver.limes
8 de verb.ſigni. † & termini,vel limites adeò ſunt pro-
ximi ſibi,vt nullus medius paries interponatur, vt per
Spe.in tit. de emptio. & ven. in ver.ſi autem venditio.
nu.ij.& per Pari.de Put. in c.quando.nu. 3. de fini.feu.
& ver.confinia.& in ver.limes.de verb. ſigni. & termi-
nus dicitur mediatus , & non immediatus l. quia ma-
gis.ff.fini.regun.& vt legitur in commentario Aggeni
Vrbici in Iulium Frontinum in Codice Theodoſiano,
9 in pagi.clxxiij. † rigor ſuæ rectitudinis naturalis no-
10 men accipit , † & quicquid eſt ſecundum hanc condi-
tionem in longitudinem limitatum, per ſtrigas appel-
latur , & quicquid eſt per latitudinem per ſcamna.&
decumanus limes trahitur ab occidente in orientem:
& cardinem antiqui limitem dixerunt à meridiano in
ſeptẽtrionem.& ſic decumanus maximus in orientem





creſcit:& cardo maximus in meridianũ , vt ibi per eũ.
† Et terminorum fines propriè dicuntur loca vbi fi- 11
niunt territoria,licet in eis nõ ſint appoſita aliqua con
finium ſigna:& vt habetur per Curti.iunio.in conſi.
clviij.nu.22.† Ciuitatis vel caſtri termini , iuriſdictio- 12
nem,& non rerum particularium dominium arguunt:
Et ſecundum Pari.de Puteo,in c.qualiter.nu.6.de fini.
feu. † Termini apparentes loco inſtrumentorum pu- 13
blicorum habentur. † Et termini non dicuntur de re 14
limitata, vt per Fely.in d.c.quia indicante.num. 7. de
præſcriptioni.

## CAP. XVI.

1 *Fines denominantur à quatuor plagis.*
2 *Fines denominantur à uentis.*
3 *Fines denominantur ſic,ab uno latere poßidet talis, & ab alio talis.*
4 *Brixia eſt patria authoris, & obſeruat primum modum.*

SCiendum eſt etiã ſecundum Spe.in tit. de emptio.
& vendi.in §.ſciendum.verſi.item no.nu.12. quem
ſequitur Par.de Put.in c.j.nu.16.de fini.feu.† quod fi- 1
nes aliquando denominãtur à quatuor plagis,ſiue re-
gionibus mundi,ſcilicet à plaga orientali , occidẽtali,
meridionali, & ſeptentrionali : vt ab oriente poſſidet
Petrus,ab occidente Franciſcus, vel ſolis occaſu , vel
ſero:& à meridie Ioan.Baptiſta,& à ſeptentrione Ale
xander : vel eſt via aut riuus à tali latere , videlicet ab
oriente,vel occidente,aut meridie , vel ſeptentrione.
† Alij verò denominant confinia à ventis , dicentes, 2
confrontat ab aquilone tali poſſeſſioni,& à contrario
tali:ſed cùm non omnes poſſeſſiones directè reſpiciãt
quatuor in prædio quadrato,ſi angulus directè reſpi-
cit vnam partem , non eſt dare dextram plus eſſe ab

3 vna parte quàm ſiniſtram, vel ventos. † Alij dicunt,
ab vno latere poſſidet talis, ab alio talis: primi tamen
4 modi prolixiorem faciunt memoriam. † Prout in pa-
tria mea, ciuitate Brixiæ ſimiliter obſeruatur, vbi limi-
tes ita deſcribũtur, à mane poſſidet vel cohæret talis,
à meridie talis, à ſero talis & à monte talis. vel etiam
deſcribitur ſi prædium ſit vrbanum, aut ruſticum, ara-
torium, vel vineatum, vel pratiuum, aut oliuatum, vel
domus, aut turris.

## CAP. XVII.

1 *Signa notabiliora debent diuidere territoria, & iuriſdictiones.*

2 *Prouinciæ, territoria, epiſcopatus & diœceſes quibus ſignis terminantur.*

3 *Lapides poſiti pro terminis debent eſſe immobiles, & ſi erunt mobiles, debent habere alios paruulos lapides ſuper terram, qui uocantur iudices.*

4 *Inſtrumentum debet fieri, quando termini affiguntur.*

5 *Fines inter ſe diuiduntur foßis manufactis, arboribus ante mißis fluminibus, & iugis montium, ac uiis, uepribus, & riuis.*

6 *Petræ notatæ pro finibus habentur.*

7 *Arbores, quando pro finibus ponuntur, erit uidendum qua parte erunt notatæ.*

8 *Foſſa quãdo eſt poſita in confinibus, erit uidendum an unius, uel utriuſque ſit, & an publica, uel uicinalis.*

9 *Fines etiam inter ſe diuiduntur monumentis, ſacellis, fontibus, & riuis.*

10 *Fines etiam diſtinguntur per tacitas uel expreſſas partium aſſertiones, uel iudicium circumcolẽtium, aut uulgi opinionem.*

11 *Diœceſes per uillas, caſtra flumina, & ualles terminantur.*

Sed



SEd † quia ſigna notabiliora eſſe debent, quando 1
territoria & iuriſdictiones, ac loca publica termi-
nantur, ſecundum Pau. Caſt. in l. ex hoc iure. nu. 24. ff.
de iuſti. & iur. & ideò nunc erit videndum, qualiter iſta
ſigna eſſe debeant, & Bal. in conſi. cccclxviij. qualiter
probentur pertinentiæ. vol. iij. & in conſi. ccccxx. ver-
ba Principis Montis ferrati. vol. j. vult. † Prouincias, 2
territoria, epiſcopatus ac diœceſes diuidi & termina-
ri per vias regales, flumina, montes, valles, & lapides,
vel ſigna multum apparentia: & idem voluit Io. And.
in c. cum cauſam, de proba. & Fely. in c. quia indicãte.
nu. 4. de præſcript. & Pari. de Put. in c. j. nu. j. de fini. feu.
& ibi nu. 20. dicit † quòd quando ponuntur lapides 3
pro confinibus, requiritur quòd ſint immobiles & af-
fixi in modum terminorum, vel quòd lapides mobi-
les habeant alios paruos lapides ibi affixos ſupra ter-
ram, qui vocantur iudices oſtendentes quem confinãt
† & quòd eſt de cõſuetudine, & ſolet de hoc fieri in- 4
ſtrumentum: quando per iudicem vel arbitrum affi-
guntur per ea quæ habentur vt ipſe refert in l. inter-
caſtellia. ff. de recep. arbit. & ſimiliter vt inquit Agge-
nius Vrbicus in Codice Theodoſiano in commenta-
rio in Iulium Frontinum, in c. ſuſcepimus. in pagina
clxxiij. † fines iis ſignis inter ſe diuidebãtur foſſis ma- 5
nufactis, arboribus ante miſſis fluminum interuenien-
tium curſu, & iugis montium, quæ ex eo nomine ac-
cipiuntur, quòd continuatione iunguntur ſuperciliis,
necnon itineribus, vel diuerſis, quę aut loci natura, aut
ſolers procurauit antiquitas, & in eodem loco in pa-
gina. 175. de controuerſiis habetur, quod finis multis
documentis ſeruabitur, terminis & arboribus notatis,
foſſis, & viis, ac vepribus & riuis, ac ſæpè nominibus,
id eſt, terminis ad normam factis, & in aliquibus locis
inter arua marginibus quibuſdam tanquam puluinis
& ſæpè etiam limitib. † Item petræ notatæ, quæ 6

 in

7 in confinibus ſunt, pro terminis habentur. † Et ſi ar-
boribus notatis fines obſeruabuntur, videndum erit,
quæ arborum partes notatæ fuere. Notæ enim in pro-
priis arboribus velut A. foras ponũtur, vt partes libe-
ras in parte A. nota derelinquat, ſi communes ſunt ar
8 bores mediæ notantur, & ad vtrunque pertinent. † Et
ſi foſſa erit finalis, videndum erit vtrũ vnius, an vtriuſ-
que ſit partis, & in extremo fine ſit facta, & vtrũ foſ-
ſa publica an vicinalis ſit, vel iugis montium quæ ex
eo nomine accipiuntur, quòd continuatione ipſa iun-
gantur: & hæc omnia genera finitimorũ putato in vno
9 agro, prout dicitur ſine dubio reperiri. † Et vt ipſe
Aggenius eo libro in pagina clxxvj. refert monumen-
ta, foſſas, ſacella, fontes, riuos, fluminàque pro finibus
10 territoriorum obſeruari. † vel etiam fines vt notatur
in l. optimam. C. de contra. & comit. ſtip. & in l. cum
aliquis. C. de iu. deliber. diſtinguntur per tacitas vel
expreſſas partium aſſertiones, vel per circum colen-
tium iudicium, qui in hac materia ſunt teſtes magis
idonei, vel etiã per vulgi opinionem l. j §. j. ff. de flumi.
quæ tamen ſunt intelligẽda concurrentibus aliquibus
de ſupradictis, & vt traditur à Pet. de Vbal. in tract. de
duob. fratri. in par. v. nu. 31. tho. viij. & à Barba. in con-
ſi. vj. & quidem viſo. col. iiij. vol. ij. in d. c. cum cauſam.
11 nu. 6. poſt Bal. & Fely. † Diœceſes etiam per caſtra,
villas, flumina, & valles terminantur, & illi erunt fi-
nes æterni, in quibus verum ſemel, ſemper eſt verum.

## CAP. XVIII.

1 *Terminus, quando reperitur in confinibus plurium territoriorum uel agrorum qualiter cognoſcatur, quod uoluerit potius terminare cum uno territorio quàm cum alio.*

2 *Cordula trahitur de uno termino ad alium terminum per directum.*

*Signa*



3 *Signa & literæ fieri debent in terminis lapideis, territoria terminantibus.*

4 *Literæ ſculptæ in columnis docent, ut eatur de una columna ad aliam ad inuicem reſpicientem.*

5 *Lapides affixi pro terminis conſueuerunt taliter poni, quòd incertam partem uideatur reſpicere.*

6 *Termini qualitas facit cognoſcere, qualiter ſit iudicandum.*

7 *Limites territoriorum differunt à finibus uicinalibus.*

ET ſi † vnus terminus in plurium territoriorum 1
vel prædiorum confinibus reperiatur, vtile erit
diſcuti, quare potius cum vno territorio vel prædio,
quam cum alio diuidere & terminare debeat: & Cor-
ne. in conſi cccxxxiij. capio. nu. 37. vol. j. dicit hoc mo-
dò cognoſci poſſe, videlicet, quando terminus reſpi-
cit alium terminum per rectitudinem non per tranſ-
uerſum, vel ſi teſtis termini, ſiue guardia (vt alij appel
lant) reſpicit terminum ab vno latere, tunc erit ſi-
gnum eſſe finem territorij, vel prædij, inter territoria
& prædia verſus quæ reſpicit & ita pluries per me
practicatum fuit, agrimenſoribus mecum conuenien-
tibus. † Et ſecundũ Lauren. Calca. in conſi. xc. quia iſta 2
quæſt. nu. 8. vna cordula trahẽda erit ab vno lapide ad
aliũ lapidem per directũ, & verſus partẽ termini, vbi
literæ & ſigna alia reſpiciũt, & vt ibi per eum dicitur
in nu. 7. † de conſuetudine literæ & ſigna fieri debent 3
in terminis lapideis, territoria terminantibus & diui-
dentibus, vt eis fides habeatur: & propterea licet aliis
ſcripturis priuatis non ſit credẽdum, tamen iis credi-
tur: quia non ſunt priuatæ ſcripturæ, ſed publicæ, in
loco publico poſitæ, quibus conſuetudo fidẽ habet, &
ideò pro publicis habentur, & illis ſtandum erit, per
Gloſ. in c. j. in Gloſ. j. in ver. ſcripturam publicam appel
lo. de fi. inſtru. Subdit etiam ibi nu. 10. † quòd literæ 4

 poſitæ

poſitæ in columnis docent vt eatur de vna columna
ad aliam, ſicut ſe ad inuicem reſpiciunt literæ, dedu-
cendo cordulam de vno loco ad alium locum, eundo
per lineam directã non per trãuerſum, & vt habetur
per Bar. in tract. tyberia. in xx. figura. quę incip. hæc fi-
gura differt ab omnibus, & quem ſequitur Paris de
5 Puteo in c. j. nu. 17. de fini. feu. † Lapides qui ponun-
tur pro terminis, conſueuerunt taliter poni, quòd in
certã perſonam videãtur reſpicere, vt ſi lapis eſt lon-
gus, non debet reſpicere à lateribus, ſed per directũ à
parte acuta: & dicit à ruſticis audiuiſſe ita obſeruari
debere, quib⁹ in talibus credendũ & ſtãdũ erit, arg. l.
ſi chorus. ff. de leg. iij. iuncto c. quia indicãte. de preſ-
6 crip. & ſecundum Bar. in præallega. loco, † ex quali-
tate termini perpendi poterit qualiter ſit iudicãdũ, &
7 ſimiliter Bertrã. in cõſi. cclx. nu. 4. vol. iiij. dicit † quòd
territoriorum limites differũt à finibus vicinalibus, &
ab eis dignoſcuntur longitudine, groſsitudine & ex
guardiis: & iſtud erit etiam vtile ſcire, quia multoties
vidi terminos agrorum paruulos allegari à partibus,
pro terminis territoriorum.

## CAP. XIX.

1 *Lapidibus terminorum ſignum habentibus ſtandum erit, licet partes, quæ litigant non poſuerint, & eos pro terminis non habeant.*

2 *Locus ſi excauatur ubi ſolebat eſſe terminus, ſi ibi reperitur lapis cum lapidibus paruulis, erit euidens ſignum territorij diuiſionis.*

3 *Arbor alterius generis conſueuit plantari de conſuetudine ruſticorum in agris uel ſyluis pro termino.*

4 *Crux ſolet fieri in arboribus in confinio exiſtentibus pro termino.*

5 *Arbores exiſtentes pro terminis, qualiter ſint ſignandæ.*

Lapi



LApidibus † terminorum ſignum habẽtibus ſtan- 1
dum erit, licet partes quæ litigãt non poſuerint,
& eos pro terminis non habeant ſecundum Corne. in
conſi. cccxxxiij. capio. nu. 1.. vol. j. per l. in finalibus. ff.
fini. regun. & ibi nu. 7. ſubdit, † quòd quando exca- 2
uatur locus in quo dicebatur eſſe terminus, ſi ibi
reperitur lapis cum lapidibus paruulis hinc inde ad
cuſtodiam, qui ſignant lapidem medium fuiſſe poſi-
tum pro fine terminante & deſignante, iſtud vide-
bitur euidens ſignum diuiſionis territorij vel bonorũ:
prout etiã dixit Paris de Put. in c. j. nu. 20. & 21. de fini.
feu. & habetur etiã per eum in c. quando fiunt. nu. 8. &
nu. 9. eo. tit. † quòd de conſuetudine ruſticorum con- 3
ſueuit plantari arbor alterius generis vel naturæ pro
cõfine inter prędia, vt ſi eſt arbuſtũ populorũ, appo-
nitur quęrcus, vel vlmus, & è contra, ſi eſt arbuſtũ de
quærcubus, ponatur populus, vel caſtanea, aut ſor-
bus, & ſic arbor diuerſi generis. † Et in ſyluis, cõſue- 4
uit plãtari arbor appellata *Sinace*, & in nemoribus
quęrcuũ vel fagorũ vbi non plãtãtur arbores diuerſi
generis, ſolet fieri in arbore quę diuidit territoria quę-
dã magna crux, & eſt ſignũ quòd illa arbor fuit planta
ta pro territoriorũ termino: erit tamen aduertẽdũ q̊
iſtud ſignũ eſt fallax. & in hoc periti etiam decipi poſ-
ſunt, quia ruſtici pro eorũ libito & voluntate, vel alij
incidunt cruces in arboribus in alienis territoriis
exiſtẽtibus parte abſente, vt acquirant territoriũ eo-
rum cõmunitatibus: & alij ſimiliter faciunt cruces in
alieno, prout in pluribus nemorũ cõfinibus vidi ab
vtraque parte fuiſſe factũ & maximè in Mõtis nemore
vt dicitur Rochæ Romanæ, de quo aliàs controuerſia
finalis coram me vertebatur, inter D. Paulum Iorda-
num Vrſinum Triuigianenſiũ dominũ, & Sutrinenſes,
& quę Deo fauẽte opera mea cõcordata fuit, & vt le-
gitur in Cõmẽtario Aggenij Vrbici in Codice Theo-
doſia

5 doſiano in pagina clxxv. † ſi arboribus notatis fines obſeruabuntur, notæ enim in propriis arboribus velut A. foras ponuntur, vt nota A. in parte arbores liberas derelinquat, & ſi communes ſunt arbores tunc mediæ notatæ erunt & ad vtrunque pertinent.

## CAP. XX.

1 *Lapis diuidẽs duo territoria, ſi aquarum impetu fuerit ſublatus, per hoc non reſtringitur, neque extenditur territorium.*

2 *Iudex differentiæ loca ſuis oculis inſpicere debet.*

1 ET ſi † lapis magnus erat pro fine inter duo territoria, & ruina, vel aquarũ impetu fuerit ſublatus per modicum vel magnum ſpatium in vno ex dictis territoriis, non per hoc territorium extenditur neque minuitur: imò ne detur alienũ occupãdi occaſio, ius ſtatuit ex officio de finibus cognoſcendis per meſſorem, vel aliter terminum declarari debere, ſecundum Pet. de Vbal. in tract. de duo. fratri. par. v. nu. 2 31. tho. viij. † & ſi res exegerit iudex oculis ſuis differentiæ loca inſpicere debet. l. ſi irruptione. ff. fini. regun. & ad id Pari. de Put. in c. an ſi ex impetu. num. 6. de fini. feu.

## CAP. XXI.

1 *Fines antiqui ſunt attendendi, nec præſumuntur mutati, niſi probentur.*

2 *Fines mutare in proprijs agris licet, & tunc non attenduntur fines antiqui.*

3 *Papa uel Princeps poteſt mutare fines eos ampliando uel reſtringendo.*

4 *Finibus antiquis ſtatur, quando uenditor emptorem, uel concedens illum in quem fuit facta conceſſio non certiorauerit.*

Res



5 *Res immobilis præſumitur eſſe, ubi ſolebat infra certos terminos, niſi fuerint mutati.*

6 *Termini quando ſunt antiquiores, tanto ſunt efficatiores & antiquum nouis uerificatur.*

7 *Finium memoria per terminos conſeruatur, ſicut per ſepulchra hominum memoria.*

8 *Notarius debet deſcribere nomen uetus & nouum contrahentium.*

SCiendum eſt † etiam quòd fines antiqui regulariter ſunt attendendi, & non præſumuntur mutati, 1
niſi probentur, & ideò eis ſtandum erit l. in finalibus. ff. fini. regun. & l. ij. ibi Gloſ. C. eo. tit. niſi in rerum conceſsione fuiſſent alij deſignati † quia in propriis agris 2
licitum eſt terminos mutare, & tunc fines antiqui non attenderentur, ſed illi qui reperiuntur deſignati in contractu, vt habetur in l. j. & ibi per Bal. C. eo. vbi ſubdit idem eſſe in priuilegiis. † Vnde ſi Papa vel 3
Princeps alicui conceſsit caſtrum, & deſignauit fines maiores vel minores finibus antiquis, attenditur non quod fuit, ſed quod nunc eſt, arg. l. eos. ff. eo. quia ſimiliter in eius erit poteſtate terminos territoriorum in ſua iuriſdictione mutare, prout etiam voluit Curt. ſeni. in conſi. lvij. nu. 48. † ſi tamen venditor in venditio- 4
ne, vel concedens in conceſsione, non certiorauerit emptorem, & illum in quem conceſsio facta fuit de finibus mutatis, præſumetur quòd venditio, ſiue conceſsio facta fuerit ſecundum fines antiquos, vt traditur ab Alberi. in d. l. in finalibus. & in d. l. eos. † & res 5
immobilis quæ aliàs infra certos terminos fuit, hodie præſumitur eſſe, ſecundum quod voluit Barba. in c. ex literis. num. 15. de prob. & Io. Lecirier. in tracta. de primogeni. q. iiij. lib. ij. nu. 2. Tho. viij. & Pari. de Put. in c. ſciendum, de fini. feu. & hoc verum niſi probetur directè vel per obliquum deſiiſſe in loco, quod tamen non poterit

poterit eſſe per ipſius mutationē.l.ij.C.quan. & quib.
quar. pars debe. ſed bene per terminorum mutatio-
6 nē. arg.l. ſi cum duas ff.com.præ † vel etiam caſmare
mutari poſſunt.l.domū.C. de rei vēdi. & termini quā-
to ſunt antiquiores,tanto ſunt efficatiores d.l.ij. cum
ibi not.& fines antiqui cum nouis ſunt verificandi, vt
rei identitas quę petitur appareat,vt per Bar. in l.de-
mōſtratio.nu. 20 ff.de cōdi.& demō.& Pari.de Put.in
7 c.de probatione nu.5.de fini.feu. †Et ſicut per ſepul-
chrum hominum memoria retinetur, ſimiliter per ter
minos finium memoria conſeruatur,vt not. Ang in §.
quædam actiones, nu.10. & Iaſ.nu.38. Inſtit.de actio.
8 † Et notarius in inſtrumentis debet nomen vetus &
nouum contrahentium deſcribere, ſecundum Bar.in
§.nos verò in procemi.Digeſtorum.

## CAP. XXII.

1 *Finium uarietas facit præſumere rem diuerſam.*
2 *Finium uarietas inter nouos & antiquos, non exclu-*
*dit identitatem rei,ſi de corpore conſtat.*
3 *Loco uerificato ubi res eſt,& uno confine ſufficit.*
4 *Demōſtratio nō requiritur,ubi res eſt certa de per ſe.*

1 FInium varietas † ſi reperitur in finibus alicuius
terræ, facit præſumere rem eſſe diuerſam ſecun-
dum Pari.de Put.in c.in probatione.nu.5. & in c. ſi fi-
nibus.de fini.feu.per l.in teſtamento ita. la prima.ff de
condi. & demon. & per l.j. cum ibi not.per Bar. C. ſi
vnus ex pluri.appella.& idem voluit Matt. de Affl.in
decifio. xxiij. nu.j. per not.in l.ij. C. de erro. aduoca.
2 †Et licet ſit finium diuerſitas inter nouos & antiquos
fines,ſi tamē conſtat de corpore ratione poſſeſsionis,
ſatis dicitur conſtare de identitate, ſcilicet quòd ſen-
ſerit de ea re: licet aliter ſcriptura loquatur: prout
voluit Paris in conſi. ciiij. num. 25.vol.j.& per Alex.in
3 conſi.lxix. in prin.vol.ij. † Et ſufficit etiam verificare
locum



locum vbi res eſt,& vnus confinis,quando aliud fieri
non poteſt.l. forma. ff. de cenſi. † Et vbi eſt res certa 4
de perſe,non requiritur demōſtratio per confinia, ſe-
cundum Deci.in l. ſi teſtamentum.nu.3. C. de iuſti. &
ſubſti. per Bar.in l.demonſtratio, in vij.q.C.de condi.
& demon.

## CAP. XXIII.

1 *Limes non cedit limitato, ſed quod eſt infra fines limi-*
*tato cedit.*
2 *Termini limitato cedunt, ſi tamen ſunt tales, quod de*
*ſui natura cedere poßint,ut in publicis cōfinibus.*
3 *Riparum fluminum publicorum proprietas eſt illo-*
*rum, quorum prædiis adhærent.*
4 *Inſulæ illorum ſunt qui propè ripam prædia poßidēt.*
5 *Termini dicuntur eſſe de re terminata, limitata, uel*
*finita.*
6 *Terminus dicitur eſſe mediatus, & non immediatus,*
*quia terminatum aſtringit.*
7 *Termini lapidei territorij non ſunt eiuſdem naturæ,*
*cuius ſunt flumina & uiæ publicæ.*
8 *Communia ſunt quæ naſcuntur in confinio.*

ET hinc † videndum erit, ſi limes cedit limitato, 1
& ſecundū Archi in c.eccleſias. xiij.q.j. limitato
non cedit, quia ex hoc ſolo quod dicitur confinis de-
monſtratur alterius eſſe l.iij.in fi.& l.ſeq.ff.fini.regun.
& l.ꝙ ſępè.§.fi.ff. de condi.emp.& l.cum ſeruo eo.tit.
ſed illud quod eſt intra confines limitato cedit, l.inter
eos. ff. de acqui. rer. domi. & l. patronus. §. Sem-
pronio, ff. de leg. iij. † Aliquando tamen termini 2
limitato vel confinato cedunt: vt dicit Archi. quan-
do de ſui natura cedere poſſunt, vt ſunt flumina
publica, & viæ publicæ & maris littora, vel cedunt
in totum vel in parte in diuiſionibus regnorum, pro-
uinciarum, diœceſum & parochiarum. l. motio-
nem

nem. §.continentes. ff.de verb.ſig.ſed in priuatis contractibus non cedunt, quia priuatorum eſſe non poſſunt, cum perſone priuatæ iuriſdictionem non habeant, † quia eorum vſus eſt publicus & communis,
3 riparum tamen proprietas eſt illorum quorum prædiis adhærent, etiam quòd ſint fluminum publicorum, & idem videtur ſentire Lauren.Calca.in conſ.xc.quia iſta quæſtio.nu. 10. cum pluribus concordan. ibi. per eum traditis ſubdés, quòd talia non veniunt in contractibus, quia non conſueuerunt vendi: ſecus ſi conſueuiſſent vendi, quia tunc venirent, cùm diuerſo iure cenſeri non debeant.l.j.ff.de vſucap.† Subdit etiam
4 quod inſulæ ſunt eorum qui propè ripam prædia poſſident.l.iij. in fi.cum l.ſeq.& l. littora. cum l. ſeq. ff. de cont.empt.& l. pen.ff.de flumini.& l. inſula. cum l. inter eos.cũ l.ſeq.ff.de acqui.rer.domi. & l. littora.cum l.ſeq.ff.ne quid in flu.publi.& l. riparum ff.de rer.diui. & ſic limes erit limitatus, vt habetur etiam in l. magis.ff. de acq.rer. domi. † Et termini dicuntur eſſe de
5 re limitata, terminata vel finita.l.fines agri. C. de euictio. l.ſi irruptione.ff.fini.regun. & l.j.§. initio. cum l. fi.ff.de offi. præfec. vrb. & l.j.& ij. ff.de offi. procon.
6 † Et terminus dicitur mediatus & non immediatus, quia terminatum reſtringit. l.eos. ff. fini. regun. & per Bal.in l.ſed riuus.ff.eo.& ſecundum Calca.in d. conſi.
7 xc num. 10. † Erit notandum quòd termini lapidei territorij non ſunt eiuſdẽ naturæ, cuius ſunt flumina, & viæ publicæ, quæ pro terminis apponuntur, quia eorum vſus nullius eſt, cum ſolum ſint ſigna diuiſionis territorij, ex quibus de per ſe nulla vtilitas, vel
8 vſus recipitur, † & ea quæ in confinio naſcuntur ſunt communia vtriuſque partis confinantis.vt l. arbor. & l.adeò.§.fi.cum l.ſeq.ff.com.diui

## CAP. XXIIII.

1 *Fluminis alueo mutato aquarum impetu, non mutantur per hoc territoriorum fines.*

2 *Aluei mutatione non augetur penſio, uel fructuum uenditio quæ tempore contractus limitata fuit.*

3 *Flumen ſiccatum ſecundum latitudinem & longitudinem diuiſum intelligitur.*

4 *Signis nouis diſtingui debent territoria ubi flumina pro terminis poſita, erant ſiccata.*

5 *Alueus quem dimiſit flumen ad quem ſpectet.*

6 *Alluuionis ius non uendicat ſibi locum in iuriſdictione, & territorio.*

7 *Alluuionis ius in fundis locum habet, quia eſt alienatio legalis.*

8 *Aqua fluminis labentis inter duas ciuitates ſit communis pro indiuiſo.*

9 *Flumen conſiſtens in duarum ciuitatũ confinio præſumitur commune, & iuriſdictio competit cuilibet.*

10 *Lacus Benacus ſiue Gardæ eſt Veronenſium.*

11 *Flumen Olei eſt Brixienſium.*

12 *Fluminis caput dicitur ubi flumen originem trahit, & pes ubi terminatur.*

13 *Caput aquæ, & cuiuſcunque rei attenditur tanquam dignius.*

14 *Fluminis origo attenditur.*

15 *Iuriſdictio, quæ ineſt territorio, pendet à iuriſdictione in caſtro.*

16 *Conſuetudo immemorabilis temporis habet uim tituli & ueritati æquipollet.*

17 *Priuilegium præſumitur habere ducendi aquam, qui immemorabili tempore poſſedit.*

18 *Qui immemorabili tempore loca publica poſſedit, debet ſe fundare in priuilegio, & non in præſcriptione, aliàs ſuccumberet.*

D Diſcu

DIſcuſſis in præcedenti cap. xx. de lapidibus duo
territoria diuidentibus, nunc erit declarandum
de fluminib⁹, montib⁹, viis publicis, eccleſiis, & domi-
bus inter duo territoria exiſtentibus, & vt res clarior
reddatur, tractabimus primò de fluminibus: in ſequen
1 tibus autem tractandum erit de reliquis. † Et ideò di-
cas quòd ſi flumen publicum duo diuidit territoria, &
ea confinat, mutato poſtmodum alueo, aquarum im-
petu ob id territoriorum fines, diœceſum, plebana-
tuum, & caſtrorum non mutari, vt habetur per Pet. de
Vbal. in tract. de duo. fratri. nu. 5. & 31. tho. viij. per l. in
agris limitatis. ff. de acq. rer. do. & l. item ſi fundi. §. ſed
& ſi inſula. ff. de vſufruct. & per plura alia fundamen-
2 ta quæ deducit. † Et ibi etiam vult quod ſi duo ſocie-
tatem contraxerunt ad vectigalia vel fructuum gabel-
las, qui in tali loco vel in tali territorio recolliguntur,
quod aluei mutati occaſione non augetur penſio, ſeu
fructum venditio, quæ contractus tempore limitata
fuit per d. l. in agris limitatis. & l. damni infecti. ſtipu-
latio. §. ſi quis veniens. ff. de dam. infec. & per l. j. §. il-
lud, & §. item quæritur. ff. de aqua. quoti. & æſti. & per
Fab. in §. præterea. nu. 2. & ibi Ang. nu. 6. inſti. de rer. di-
ui. Et erit ſecundum cum inſpiciendus locus tempore
3 contractus, per l. Rutilia polla. ff. de cont. emp. † Et ſi
flumen quod erat pro termino & fine, reperiatur ſic-
catum per latitudinem & longitudinem, diuiſum eſſe
intelligitur, ſecundum Abba. in cap. ſuper eo. num. 5.
4 de paroch. † Et ſubdit in citato loco Pet. de Vbal. per
iudicem boni viri arbitrio actuali ſigno diſtingui, &
noua ſigna imponi vbi conſueuerat eſſe flumen diui-
dens. Et idem voluit Bertrandus in conſi. cxxxvj. nu.
2. vol. j. per l. adeò. §. quòd ſi toto. & l. ergo. §. tribus
modis. in ver. altero, iuncto etiam verſi. duobus. ff. de
acq. poſ. Et Paris de Put. in c. an ſi ex impetu, num. 6.
de fi. feu. per tex. in l. in nomine domini. §. in Sardinia.
C. de



C. de offi. præ. Affri. ibi vſque ad illos fines prouinciæ
Affricanæ. Et ad idem facit quod voluit Corn. in cóſ.
cclxvij. dominus Ioachimus, vol. iij. vbi de prædictis
facit mentionem. † Quæritur & per Pau. Caſ. in con. 5
ccclxxvij. licet iudex. in fi. vol. j. ad quem pertineat al-
ueus, quem Rhodanus dimiſit, iuxta frontem territo-
rij vniuerſitatis & territorij Domini: & diſtinguit ſic,
aut ſimul & ſemel remanſit alueus in ſtatu, in quo eſt
protenſus per totam fronteriam territorij vniuerſita-
tis, & territorij Domini, & tunc cuilibet ipſorum erit
pro modo latitudinis cuiuſque territorij, quæ latitu-
do propè ripam eſt, ſcilicet quatenus correſpondeat
territorio Domini ſit ſuus, quatenus autem territorio
vniuerſitatis ſit eiuſdē. l. adeò. §. ſi inſula. ff. de acq. rer.
do. ſi verò remanſit alueus ſiccatus circa fronteriam
territorij Domini tantùm, nec protendebatur ad ter-
ritorium vniuerſitatis, poſtea verò creuit, & tunc aut
creuit paulatim per modum alluuionis, & debet eſſe
ſolius Domini, aut non per modū alluuionis, ſed quia
receſſit de illo loco, & dimiſit alueum ſiccum, & tunc
vniuerſitatis eſſe debet quatenus territorij frontem
reſpicia. l. ſi inſulā. vbi eſt tex. cum Gloſ. eo. tit. Et ſi non
poſſet aſſignari ratio, quare magis Domino debeatur,
quam vniuerſitati, & tūc vtriuſq; eſſe debet. arg l. ge-
neraliter. ff. de fideiuſ. & quod no. per Glo. in l. j. in ver.
quinimò. ff. ſi pars. hær. pet. & l. qui è cōtra. §. ſi ad Plau
cianū, de lib. agno. & facit l. arbo. cōm. diui. & l. ꝑ regio
ne. ff. de acq. rer. do. † licet Cor. videatur cōſuluiſſe cō- 6
trariū in d. cōſi. cclxvij. videlicet ꝙ ius alluuionis non
vendicet ſibi locū in iuriſdictione ſiue territorio. Et iu
re aluei derelicti territoriū nō augeri. & inter alia ad-
ducit Bar. in trac. de flum. in ver. acquirit nobis. quē re-
fert & ſequitur Sozi. in conſi. cxxvj. nu. 5. vol. j. & Iaſ. in
cōſ. cxlvj. col. iiij. ver. ij. pro. vol. j. per tex. in l. maritus.
ff. de acq. rer. do. Et ꝑ Cęp. idē tenērē in trac. de ſer. ruſ.

præ.in tit.de flum.in prin. Et ſubdit Sozi.opi. Bar. eſſe
communem,nec ab ea recedendum eſſe in iudicando,
licet argumentando deduci poſſent plura in contra-
rium,& prout per collegium Papienſe deducta fuere,
à quo in iſta materia conſultum fuit vt refert Curti.
Seni.in conſi.lvij.& in cõſi.lxxiij.nu.26.per totam Ita-
7 liam obſeruari.† Vbi fluminum aluea mutantur opera
manuum,& facto hominum, quòd eorum alueus re-
maneat illi,qui in flumine iuriſdictionem habet. In feu
dis tamen ſecundum Pari.de Put.in c. an ſi ex impetu.
nu.7.de fini.feu.aluuio locum habebit,cùm non requi
ratur Domini conſenſus,quia quãdo flumen tollit de
vno & dat alteri,erit alienatio legalis,& prout legitur
in commentario Aggenij Vrbici in Iulium Frontinum
de controuerſiis in Codice Theodoſiano in pagi.176.
Caſſius Longinus Iuriſcon.decreuit vt quicquid aqua
labendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat, quoniam ri-
pã ſuã ſine alterius detrimento tueri debuerat.Si verò
maiore vi decurrens alueum mutauit, ſuum quiſque
modum agnoſcat,quia non poſſeſſoris negligẽtia, ſed
8 tempeſtatis violentia abreptum apparet.† Et vt tradi-
tur à Bal.in conſi.lxij.vol.iij.quem ſequitur Cagno. in
l.id quod noſtrum eſt,in fi.ff.de reg.iur. aqua fluminis
labentis inter duas ciuitates ſit communis pro indiui-
ſo,ſed alueus communis pro diuiſo tanquã locus con-
finatus inter duas ciuitates ad ſimilitudinem lapidis
exiſtentis in confinio vel inſulæ natæ in flumine. Vnde
quælibet ciuitas poterit vti aqua pro parte ſua, ædifi-
cando etiam in ſolo ipſius vniuerſitatis, totam tamen
aquam vſurpare non poterit, quia cum ſit communis,
eſt duntaxat pro parte ſua ſibi ſpectante.Et ſecundum
Sozinum in conſi.lxxix.num.1.& 5.vol.j. vniuerſitatis
homines non poſſunt in flumine facere cluſam,vel ali
quid immitterre in alterius vniuerſitatis ripa ab alia
parte. Et quòd iſta concluſio à doctoribus tenetur.
Vnde



† Vnde Cæpol.in d.tit.flumin.cap.31. num. 14. dicit ſi 9
flumen eſſet in confinio duarum ciuitatum vel terri-
toriorum,in dubio præſumit eſſe commune, & iuriſ-
dictio cuilibet ciuitati cõpetit in ipſo flumine vſque
ad medium fluminis,quia omnia ſunt in confinio, quæ
ab vtraque parte poſſidentur per dictam l. arbor. ff.
commu.diui.& l.ij.§.præterea.ff.de aqua plu.arcen. &
d.l.adeò.§.fi.ff.de acq.rer.do. Et circa, ea quæ in ipſo
flumine committuntur ſiue fiunt, quælibet ciuitas iu-
riſdictionem habet vſque ad fluminis medium, per
Bar.in d.tract.de flum.in verſi.acquiritur nobis. nu. 8.
& per Bal. in c. ex his, in pe. col. ad fi. ex de proba.&
Boeri.in conſi.xxiiij.nu.15. quæ tamen dicta ſunt intel
ligenda niſi appareret, quòd vnus tantum Dominus,
vel vna ciuitas totum flumen poſſediſſet, in eo impe-
rium exercendo prout ibi Boeri. exemplificat in flu-
mine Rhodano Regnum Franciæ ambiente, quod li-
cet Sabaudiæ Ducatui,& pluribus aliis territoriis ad-
hæreat,nihilominus Rex Franciæ ſolus iuriſdictionẽ
in eo habet,& eſt in eius poſſeſſione.† Et ſimiliter Cæ 10
pol.Veronen.in d.trac.ſer.ruſ.præd.tit.de mari.c.xxvj.
nu.9.not.lacum Benacum ſiue Gardæ inter agrum Bri
xianum & Veronenſem exiſtentem Veronenſium eſ-
ſe, quia ipſi & eorum Principes Imperium & iuriſdi-
ctionem in eo exercuerunt.† Et prout etiam exempli- 11
ficari poterit in flumine Olei originẽ trahente à Val-
le Camonica territorij Brixiani, & quod defluit in la-
cum Sabinum ſiue Iſei,& à pede dicti lacus exit & de-
fluendo ab vno latere dictũ territorium circuit: & ab
altero territorium Bergomenſe,deinde Cremonenſe,
& poſt modum Mantuanum,mediante tamen fluminis
ripa per centum trabucchos vltra, quæ eſt Brixiano-
rum.Et ideò dictum flumen eorum eſſe ambigendum
non erit.† Quia fluminis caput dicitur vbi flumen ori 12
ginem trahit:& pes vbi terminatur ſecũdum Cæpo. in

 d.tit.

*11 Condemnatus uel punitus, aut abſolutus in uno foro, non poterit condemnari, uel abſolui in alio foro.*

*12 Pœnæ duæ ſi tendunt ad uindictam, una impoſita, tollitur altera.*

*13 Præuētio realis præualet citationi uerbali prius factæ.*

*14 Præuentioni reali locus non erit, quando aliquis procuraſſet ſe capi, ut euitaret alterius iudicium.*

*15 Præuentioni locus non erit, quando aliquis iudex erat impeditus, uel quando erant duo æqualem iuriſdictionem habentes, & alter effectus fuit inhabilis, quia alteri iuriſdictio accreſcit.*

*16 Præuentioni locus non erit in actu nullo, uel quando citatus fuit contumax in comparendo.*

EXordium præcedentis cap. ſequendo, deducemus
ea quæ traduntur à Bal. in c. ex literis, num. 11. de
1 præſcript. † vbi habetur, quòd ſi extarent viæ perpe-
tuò, vel montes inter duas iuriſdictiones, quòd eo-
rum fines extenderentur pro indiuiſo, vſque ad me-
diam partem viarum vel montium verſus ſingulorum
territoria. arg. l. arbor. ff. com. diui. & per Bar. in tract.
de flumi. in verſ. acquiritur nobis, nu. 8. vnde ad hunc
propoſitum videntur facere tradita per Abb. in c. ſu-
2 per eo. nu. 5. de paroch. vbi mouet difficultatem † de
eccleſia conſtructa vel alia domo in monte aſſignato
pro confine, ad quorum iuriſdictionem pertineant, &
ponit tres diuerſas doctorū opiniones. Et prima opi-
nio quòd ad vtrunque pertineat, ſecunda autem quòd
nō ſit in alicuius dominio, ſicut res ſacræ & religioſæ.
§. nullius. Inſtit. de rerū diui. & tertia fuit opinio & me
lior, quòd pro longitudine & latitudine epiſcopa-
tuum, vel prouinciarū, eccleſia vel domus cenſeatur
diuiſa. licet actu per hominē diuiſa non fuerit per bo
nū text. in §. inſulā inſti. de rer. diui. & quē in ſimili alle
gat



gat Cepol. in tract. de ſeruit. ruſti. præ in tit. de inſu.
cap. xxx. nu. 7. vbi habetur † quòd ſi inſula naſcitur in 3
flumine agros diuidēte, ad vtriuſque domini proprie-
tatem pertinet, prout accedit ad dictos agros, & ſi
magis alteri accedit, erit illius domini tantum, puta ſi
vltra medietatem, ſi autem res erit indiuiſibilis, vt ec-
cleſia, tūc vterque Epiſcoporum pro indiuiſo iuriſdi-
ctionem habebit, & ibi cōmoda pariter habebunt. &
ſubdit hanc opnionem eſſe tenendam, licet alij aliter
teneāt per bonam Gloſ. in c. quicunque. & c. licet, xvj.
q. iij. & facit ad hoc d. l. arbor, & ſimiliter videtur te-
nere Lauren. Calca. in conſi. xc. quia iſta quæſtio, nu. 8.
& 9. cum pluribus concordāti. ibi per eum cumulatis.
& prędictā Abb. opinio. refert & ſequitur Par. de Put.
in ver. limes. de verb. ſign. ſubdens † ꝙ lapis & arbor, 4
quæ naſcitur in medio, dicitur eſſe cōmunis ꝓ diuiſo
ſecūdū regionē cuiuſque fundi, & dicitur diuiſa iuris
intellectū, arg. d. l. arbor. & l. pro regionibus. ff. de acq.
rer. do. & per bonū tex. in l. pē. ff. pro ſoci. vbi habetur,
quod arbor exciſa vēto vel ferro quę erat in confinio
debet diuidi, & quilibet habebit partē ſuā. † In via au- 5
tē exiſtēte inter duas cōmunitates & per quā vtriuſ-
que homines ibāt, ſi erit quæſtio, tūc debet ſtare pro-
miſcuo vſui, & non poterit diuidi, quia quælibet pars
diuiſa eſſet inutilis ad viæ exercitiū ſecundū quod vo
luit Par. de Put. in c. pone quod eſt quæſtio. de fini. feu.
arg. l. cuius effectus. ff. de reg. iur. & d. l. arbor. §. ſi de
veſtibulo, & ſubdit quòd tota via erit promiſcuæ iu-
riſdictionis, † & inter eos quoad iuriſdictionis vſum 6
præuentio locum habebit l. j. ff. de offi. conſul. quia in
pluribus in ſolidū iuriſdictionē exercentibus habebit
locum præuentio. c. cum plures, de offi. de leg. in vj. &
l. fin. C. de iur. omni. iudic. & not. Inno. in c. cum ab ec-
cleſiarum, & ibi etiam per alios de offi. ordi. † Et prę- 7
uentio aliquando per citationem inducitur, quando

per libellum vel ſententiam,ſecundum Bar.in l.ſi plu-
ribus,nu.1.ff.de leg.j.& quandoque per capturam, vt
infra videbimus.In pluribus tamen caſibus præuentio
non habebit locũ. Et primo vt Paris de puteo dicit in
8 d.c.pone quòd eſt quæſtio,† quando ſit maleficium in
loco communi duarum ciuitatum,quia ad vtriuſque
ciuitatis poteſtatem cognitio ſpectabit, cum eorum
territorium offenditur,l.ij.§.fin.ff.de iis qui deiece.&
ſic non erit melior conditio præuenientis,ſed quiſque
ſuam proſequitur iniuriã, & hoc verius vt ibi per eũ:
& ſimiliter præuentio non habebit locum quãdo de-
lictum fuit perpetratum inter duarum ciuitatũ confi-
nes,& dubitatur in cuius territorium ſit commiſſum,
tũc ratione dubij vtriuſque ciuitatis rector procedere
poterit,vt habetur per Bar.in tracta. de iuriſdi. omni.
iudi.nu.14.& in l.Iuris peritos.§.cum oriundus.nu.2.
ff.de excuſa. tutor.& per Maria.Sozin.in c. poſtulaſti,
verſ.circa.ſeptimum. de foro cõpeten. vbi dicit com-
muniter obſeruari,ꝙ vterque procedat,& prout in ſi-
mili dicit Cæpol. in tracta. de ſer. ruſtico. prædio. in
tit.de mari.c. xxvj.nu.20. vbi ſi delictũ erit perpetra-
tum in mari inter duas ciuitates æquè diſtantes, quia
tunc dicitur perpetratum in cõfinio quod eſt cõmune
vtriuſque ciuitatis per d.l.arbor, in prin.& d.§.veſti-
bulo, ideò ad vtranq; pariter ſpectabit cognitio cri-
minis & contractus. ſicuti quando punctualiter in cõ-
finio plurium ciuitatum in terra delinquitur vel con-
trahitur,per Ang.in l.ſanè ſi maris.ff.de iniur.& pote-
rit eſſe ratio ſecundũ Areti.in conſi.lviij.diligẽter cõ-
9 ſideratis.nu.12.verſ.reſtat ergo,† quia quando ex vno
delicto reſultat offenſa cõtra plures perſonas tot ſunt
delicta quot ſunt perſonæ offenſæ,& vnuſquiſque po
terit agere in ſolidũ,& pœnã cum effectu à reo exi-
gere.l.j.in fi.ff.de iniur.& l.eum qui nocentẽ. §. ſi nu-
pta.ff.eo.tit.& per Bar.in l.iij.§.ſi ad plures.ff.de ſepul.
viola



viola † Et alius erit caſus in quo ſeccundũ Bal.in l.pẽ. 10
in vj.q.C.de execu.rei iudi.præuẽtio non habebit lo-
cũ,vt quãdo aliquis in originis loco,non fuit bene pu-
nitus,quia tũc poterit puniri in loco perpetrati delicti
licet contra iſtã opinionẽ videatur ſentire Areti. in d.
cõſi.lviij.nu.12.dicens, † quòd cõdemnatus vel abſo- 11
lutus in vno foro, non poterit condẽnari vel abſolui
in alio foro,ſiue ſit impoſita eadem pœna, vel minor
in loco delicti,quę veniret imponẽda in loco originis,
† Cùm regulariter quãdo duę pœnæ tẽdũt ad vindi- 12
ctã,vna impoſita,tollitur altera,nec debet puniri reus
in eo quod eſt plus,dũmodo vtraque pœna ſit pœna
delicti ordinaria: remanebit ergo firma opi. Bal.quã-
do minor pœna ordinaria delicti reo imponeretur,
quia tunc poteſt puniri in alio loco vſque ad ſupple-
mentũ illius pœnę ordinariæ. † Alius etiã deſcribitur 13
per Ang.in trac.maleſi.in ver.Iudex commiſit,in verſ.
quęro an ex citatione verbali,in quo pręueniẽdo,non
habebit locum pręuentio,videlicet quãdo vnus iudex
præuenit in citatione verbali, & alter poſtmodum
in citatione reali capiendo reum, quia captura per-
ſonaliter facta,licet ſit poſterior,erit potẽtior verba-
li citatione,& idẽ voluit Cæpol.in tract.ſeruitu.ruſti.
prędio.in tit.de mari.c.xxvj.nu.21.per d.l.ſanè ſi ma-
ris,in fi.licet Anguſt in addi. ad Ang.de hoc dubitet,
† limita tamen prædicta per Ang.& Cępo.non proce- 14
dere,vbi quis procuraſſet ſe capi vt euitaret iudicium
primi iudicis citantis per ea quæ tradidit Guid.Pap.in
cõſi.cliij.nu.2. † Præuentio etiam non habebit locum 15
ſecundum Ludo.Roma.in Singul.cxlj.dico tibi quãdo
aliquis iudex erat impeditus, per Bar. in l. ſi maritus
ſit.in prin.ff.de adulter. & ſimiliter quãdo inter duos
erat ęqualis iuriſdictio,& alter effectus fuit inhabilis,
quia tota iuriſdictio alteri accreſcit, vt voluit Capy.
in deciſio.xxvij.nu.21. per l.j. ff. de offi. con. & Bal.in
l.j.col.

16 l.j.col.fin. C. quan. non peten.par. † vel præuentioni locus non erit in actu.nullo,per Archi.in c.non ita, ij. q.vj.& l.ſi quis poſtea,& ibi Ang.ff. de iudi.aut ſi citatus fuit contumax in comparendo, quia tunc vterque iudex poterit procedere.ſecundum Ang.ibi per l.euidenter.ff.de exceptio.rei iudica, & quos refert Iafre. in deciſio.lxxj.

## CAP. XXVI.

1 *Menſura requiritur in terminis affigendis, & in emptione & uenditione,& in plantandis arboribus.*

2 *Menſura quid ſit & qualiter diuidatur.*

3 *Pes habet palmos quatuor,uncias xij. & digitos. xvj.*

4 *Palmus habet digitos quatuor,& uncias tres.*

5 *Dodrans habet palmos tres, uncias nouem, & digitos xij.*

6 *Menſura antiqua erit ſeruanda in diffiniendis finibus licet noua ſit melior.*

7 *Menſura quæ erit ſeruanda in emptione & uēditione.*

8 *Menſuræ falſæ demonſtratio, non minuit aut uitiat rem uenditam.*

9 *Menſor bonus & iuſtus agere debet,ut nulla ambitione,aut ſordibus moueatur.*

10 *Menſuratio reiterari debet, quando una partium dicat fuiſſe deceptam.*

11 *Menſuratio expenſis communibus fieri debet,quando etiam una pars contra diceret.*

12 *Menſori incumbit onus probandi ſe rectè menſuraſſe.*

13 *Menſuratio erit ut quis ſciat, quantum ſe extendant territoria.*

14 *Menſuratio erit fienda per itinera & loca conſueta, & non per lineam rectam, quando erit uidendum per quantum ſe extendant territoria.*

In



IN terminis † autem affigendis ſemper erit expe- 1
diés menſurare per quantum ſpaciū vnus terminus diſtet ab alio.& in emptione & venditione aliquando requiritur menſura & in plantandis arboribus in con finibus erit etiam neceſſaria menſura, vt vnuſquiſque ſciat quātum à limine vicini ſe abſtinere debeat, vt dicam infra in c.xcvj.& ideò videamus quid ſit mēſura, &, vt habetur in Polyanthea, dicitur illud per quod quantitas rei cognoſcitur, & eſt duplex intrinſeca & extrinſeca. prima eſt in quolibet menſurata ſubiectiuè, ſecūda verò in vno ſolo, vel vt inquit Iulius Frontinus in Codice Theodoſiano,de controuerſiis, limi-
tum in pagina clxx.in fi.† mēſura eſt complurium in- 2
ter ſe æqualium interuallorū lōgitudo finita:& menſura diuiditur vt pes per vncias, per pedem decem peda.& per decem pedam actus, & per actum paſſus, & per paſſum ſtadium, & per ſtadium milliarium: & erit aduertendum quòd decem peda dicitur menſura, qua mēſuratur terra & diffinitur à numero pedū: Paſſus verò erit paſſus quinque pedū, id eſt duorū greſſuum,& greſſus erit vnius cubiti,& vnius pedis Actus quoque dicitur ſpacium cētum viginti pedum. Et tres reperiūtur actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus:minimus autem quatuor habet pedes latitudinis,& pedes centum viginti longitudinis, & quadratus vndique centum & viginti pedibus præfinitur: & quadratus duplicatus erit longitudinis pedum ducentorum & quadraginta, & latitudinis pedū centum & viginti,& facit vnum iugerum: & ſic denotat ſpacium terræ, quod in vno die arari poterit ab vno pare bonum: ſtadium autem erit octaua pars vnius milliarij, & ſic continet in ſe centū & vigintiquinque paſſus.Et minima harum menſurarū pars eſt digitus: ſi quid enim infra digitum metiamur partibus reſpondemus,vt dimidiam aut tertiam partem digiti in pede

por

porrecto ſemipedes duo, in pede conſtructo, ſemipedes quatuor, in pede quadrato ſemipedes octo. † &
3 pes eſt genus mēſurę & habet palmas quatuor, vncias duodecim, & digitos ſexdecim, licet Glo. in c. ſicut antiquitus, in verſi. paſſus. xvij. q. j. & Alberi. in l. quinque pedum præſcriptione. C. fini. regundo. dicant quindecim digitos facere vnum pedem, & quinque pedes facere vnum paſſum. † Palmus autem ſecundū Iulium
4 Frontinū ibi in dicto Codice Theodoſiano habet digitos quatuor, vncias tres, † & dodrās appellatur qua-
5 ſi dēpto quadrāte, & habet palmos tres vncias nouē, & digitos duodecim. & omnis hæc menſura vt ab eo dicitur, diligēter ac fideliter cuſtodiēda erit. Ideóque monet, vt vnuſquiſq; ſuos teneat fines, nec alienos laceſſet. & ager pedib⁹ mēſuratur, vt veritas declaretur,
6 † & ſecundum Pari. de Puteo in ver. menſura. de verb. ſigni. in diffiniendis finibus, menſura antiqua ſeruabitur, licet noua ſit melior, per Gloſ. fi. in c. olim cauſam. de cenſib. † Et in emptione & vēditione, quę mēſura
7 ſit ſeruanda, quando in loco contractus ſeruatur vna, & alia in loco vbi res eſt ſita, vide Papiēſ. in ſua pract. de forma libel. in actio. reali. in verſi. cui cohęret. num. 7. vbi dicit aliquos voluiſſe, quòd ſeruari debeat loci menſura, vbi fuit celebratus cōtractus, per l. ſi fundus. ff. de euictio. & l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. & alij voluerunt, quòd ſeruanda ſit mēſura vtilior emptori. arg. l. veterib⁹. ff. de pact. & alij voluere quòd ſeruetur, quę ſit communior & generalior in vniuerſa regione, & ſic intelligitur l. Imperator. ff. de contrahen. empt. & quod habetur in l. arbitrio, §. dicet. ff. de dolo. † Et demonſtratio falſæ menſuræ non vitiat,
8 aut minuit rem venditā. l. ſi. ſeruus legatus. §. quinq;. ff. de leg. j. & l. iis verbis. §. j. ff. de leg. iij. & l. falſa demōſtratio. ff. de condi. & demon. & l. j. C. de falſa cau. adiecta lega. Et vt habetur per Aggenium Vrbicum in Iulium



Iulium Frontinum de controuerſiis limitū, in Codice Theodoſiano in pagina. 177. † mēſor bonus & iuſtus 9
agere debet vt nulla ambitione aut ſordibus moueatur. † Et menſuratione ſemel facta de agro, ſi vna par- 10
tium dicat fuiſſe deceptam, debet iterum ager menſurari, vt per Bar. in l. j. ff. ſi meſ. fal. mo. dixe. & not. Iaſ. in §. quædā actiones. nu. 82. Inſt. de actioni. & ſimiliter dicitur de mercatoribus, quod ſi inter eos fuerit ratio ſolidata, tamen debitor vel creditor, poterit petere quòd de nouo fiat computatio, vt videatur ſi ſit in calculo erratum, ſecus tamen eſſet in camerario, qui poſtquam rationes ſemel reddiderit, & deinde facta appocha non tenetur amplius reddere, vt per Bar. in l. ſemel. nu. 2. C. de appo. publi. lib. x. † Et menſuratio 11
expenſis cōmunibus fieri debet, etiam altero ex litigatoribus contradicente, ſecundum Iulium Frōtinum de ſepul. In fi. in eo. Codice Theodoſia. in pag. 171. vbi habetur, quòd ſi menſor, ab altero tantum conductus ſit: condemnatio erit facienda ei, qui non conduxit in partem ſuam mercedis, & idē voluit Saly. in l. ſi quis. C. fini. regun. & Fely. in c. quia indicāte, nu. 2. de præſcrip. per l. iij. §. j. ff. ſi men. fal. mo. dix. & Boeri. deciſio. l. j. in fi. † Et ſi mēſor retulerit poſſeſsionē tot iugerū, 12
ei incumbit onus probandi ſe rectè eſtimaſſe, vt dicit Bar. in l. j. C. de diſcuſſo. lib. x. † Et erit etiam neceſſa- 13
ria menſuratio, ad hoc, vt ſcias per quot miliaria ſe extendant territoriorū confinia, & maximè in Excelſo Dominio Veneto, vbi in homicidiis non appenſatò perpetratis, homicidæ banniuntur à loco delicti, per quindecim miliaria vltra confinia. † Et tunc 14
erit menſuratio fienda per itinera, & loca conſueta, & non per rectam lineam eundo per campos, ſecundum quod not. Pau. Caſt. in l. j. in fine. ff. ſi quis cautionibus.

CAP.

## CAP. XXVII.

1 *Caput appellatur pars ſuperior, quæ eſt in loco eminenti, ſiue montoſo.*

2 *Pes appellatur pars inferior, ſiue depreſſa.*

3 *Caput appellatur etiam locus per quem ingreditur, uel locus qui eſt meridiem uerſus.*

4 *Punctus ſiue linea indiuiſibilis, poteſt dici caput.*

5 *Medium dicitur, quod eſt inter utranque extremitatem, & aliæ extremitates latera appellantur.*

6 *Latera ſex modis dicuntur.*

7 *Caput accipitur pro angulis oppoſitis.*

8 *Caput erit à parte nobiliori, & pars oppoſita erit finis.*

9 *Anterior pars dicitur per quam dominus ingreditur.*

ET quia plerunque in contractibus, & aliis diſpo-
ſitionibus fit mẽtio in capite, & in fine fundi tot.
ſtadia, igitur erit vtile ſcire, quid ſit, & quantum duret
alicuius rei caput, ſiue pes: & dicas ſecundum Bar. in
tract. de inſu. in verſi. quod frequenter accidit. nu. 3. &
1 7. † quòd pars ſuperior quæ eſt in loco eminenti, ſiue
2 montoſo appellatur caput, † & pars inferior ſiue de
preſſa appellatur pes, & ſic dicimus in capite, in pe-
de, in principio & in fine. arg. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. ar-
3 cen. † Et ſi in aliqua re neuter iſtorum concurreret,
tunc caput diceretur locus per quem ingreditur, & ſi
ingreſſus in locum eſſet per omnes partes, tunc dice-
retur caput, quod eſt meridiem verſus, & pes, quod
4 eſt verſus Septentrionem. † Et punctus ſiue linea in-
diuiſibilis, quæ eſt in capite poteſt dici caput, & eo-
5 dem modo pes. vt d. l. j. §. caput. † Et medium dicitur,
quod eſt inter vtranque extremitatem. Aliæ verò ex-
tremitates latera dicuntur. & quia de eis ſæpè fit men-
tio in inſtrumentis, ideò referam ea, quæ ibi congerit
6 Bar. in verſi. quid ſi ex vno, vbi vult † latera ex modis
dici,



dici, ſcilicet ſurſum, deorſum, ante, retrorſum, dex-
trum, & ſiniſtrum: & quid importent dicta vocabula,
latè ibi per eũ deſcribitur. & idem tenet Paris de Pu-
teo in c. ad diſcernendum de fini. feu. † ſubdens quòd 7
caput accipitur pro angulis oppoſitis, & inſpicienda
erit longitudo, quæ ſi non apparet, inſpicitur latitu-
do, & ſi non appareat, quia terra, vel ædificium vndiq;
eſſet æquale, & tunc ille angulus erit caput ad quem
habebitur regreſſus. † Et ſic caput erit à parte nobilio 8
ri, pars verò oppoſita erit finis. l. ſi in aliquam. ff. de of-
fic. proconſul. quæ ſi non appareat, dicas angulos ad
meridiem, & ſeptentrionem reſpiciẽtes eſſe latera. §.
hæc conſiderantes, iuncta Gloſ. in ver. vtroque latere,
in auct. vt omnes obe. iudi. prouin. vel terra tunc erit
ſine capitibus latera tantum habens. atque etiam Pa-
ris de Puteo in c. demonſtratio eo. tit. vult, quòd † ſi 9
quis vendat tibi decem minas talis fundi à parte an-
teriori, illa intelligatur anterior pars per quam domi-
nus ingrediebatur, l. prædiis. §. fi. ff. de leg. iij. & l. ſi vi-
cinus. §. ant. pen. ff. de vſufruct. & ibi habetur quæ di-
catur pars anterior, & pars poſterior.

## CAP. XXVIII.

1 *Iurgiorum finalium actiones à quibus perſonis tentari poßint.*

2 *Declaratio facta cum præbendario & emphyteota ualet.*

3 *Clerici dicuntur fructuarij ſuorum beneficiorum.*

ET perſonæ † à quibus actiones & remedia fina- 1
lium quæſtionum intentari poſſunt, nunc erunt
declarandæ, & inter aliàs dicas ab emphyteota vſufru
ctuario & iure pignorum poſſidente intentari poſſe, vt
eſt tex. in l. ſed & ſi loci. §. finium. ff. fini. regun. & poſ-
ſunt etiam agere actione finium regundorum bonefi-
dei poſſeſſores, Prælati eccleſiæ nomine, Canonicus

nomine præbendæ,ac tutor & vaſallus,vt dicit Fab.in §.quædam actiones,nu.34.inſtit.de actioni. & Fely. in c.ex literis,nu.10. de proba. Comendatarius quoque iſtam poterit experiri actionem ſecundũ Alex.in conſil.xcvj.viſis narratis.nu.3.vol.iiij. per notata in c. qui plures.xxj.q.j.& per Gloſ.in c.nemo deinceps, in ver.
2 comendare.de electio.in vj.† Et declaratio facta cum
præbẽdario & emphyteota,ac prænominatis valet, vt
habetur per Bald.& Alberi.in d. §. finium. vbi Alberi.
ſubdit dari clericis pro fructibus ſuorum beneficio-
3 rum,† quia & ibi dicuntur fructuarij.c.j.de pecu. cler.
& c.iij.& ibi Gloſ.in c.finium de proba. & ad prædicta faciunt quæ traduntur à Pari.de Puteo in c.j.num.1.2. & 3.de fini.feu.

## CAP. XXIX.

1 *Controuerſiarum genera finium regundorum ſunt quindecim.*

1 C† Ontrouerſiarum † genera in materia finium regundorum ſunt numero quindecim,vt refert Iulius Frontinus in Codice Theodoſiano,de controuerſiis limitum in pag.172.ſcilicet de poſitione terminorum,de rigore,de fine,de loco,de modo, de proprietate,de poſſeſſione,de alluuione,de iure territorij, de ſucceſſiuis,de locis publicis,de locis relictis,& extracluſis, de locis ſacris & religioſis, & de aqua pluuia arcẽda,& de itineribus, prout ibi omnia ſigillatim latiſſimè deſcribuntur, per Aggenium Vrbicum in eo. Codice ad Iulium Frontinum in pag. 174. quæ breuitatis cauſa omittere volui.

## CAP. XXX.

1 *Finium regundorum controuerſia erit prius decidenda ſuper poſſeſſorio.*

2 *Iudex antequàm pronunciet in iudicio finium regundorum*



*dorum ad differentiæ loca accedere debet, & ea ſuis oculis ſubiicere.*

3 *Oculus quod vidit nemo fideliter negat,unde quod patet expreſſè non eſt probare neceſſè.*

4 *Probatio nulla melior quàm per loci euidentiam.*

5 *Oculorum inſpectio eſt probatio, quæ derogat omni generi,uel ſpeciei probationis.*

6 *Practica duplex procedendi in iudicio finalium quæſtionum ſecundum Abb.*

7 *Practica alia procedendi in iudicio finium regundorũ.*

8 *Iudex quid conſiderare debeat,quando erit in loco differentiæ.*

9 *Fines præſumuntur eſſe de iuriſdictione magis adiacentis.*

10 *Fines erunt applicati magis adiacenti, quando erit quæſtio de finibus caſtri uel uillæ.*

ET nunc erit declarandum,qualiter in iudicio finium regundorum ſit procedendum, & Iulius
Frontinus in Codice Theodoſiano in tit.fini.regun. in
pagina.clxx.docet hanc practicam, † quòd ſi quis ſu- 1
per inuaſis ſui iuris locis prior querimoniã detulerit, quæ finali cohæreat. cũ proprietate cõtrouerſiæ quæſtio prius ſuper poſſeſſorio finiatur,& tunc agrimenſor ad loca ire præcipiatur,vt patefacta veritate,huiuſmodi litigiũ terminetur. quòd ſi altera pars locorum adepta dominium ſubterfugiendo moras attulerit, ne poſſit cõtrouerſia diffiniri,ad locorũ ordines directus agrimẽſor dirigatur,vt ſi fidelis inſpectio tenentis locum eſſe probauerit,petitor victus loco abſcedat,& ſi controuerſia eius claruerit, qui primò detulerit cauſam,vt inuaſor ille teneatur addictus,ſi tamen ea loca eundẽ inuaſiſſe conſtiterit,nã ſi per errorẽ aut incuriã domini loca data ab aliis poſſeſſa ſunt,ipſis ſolis cedere debẽt,& vt habeẽ per Bar.in l.qui bona.§.ſi. nu.1.ff.

de dam.infect. quem ſequitur Bal.in conſi. ccclv. ver-
2 ba principis,vol.iij. † quando iudex videt factum ni-
mis intricatum , antequàm pronunciet ad differentiæ
loca accedere debet , & eum ſuis oculis inſpicere , &
cum peritis conſilium habere poſtmodúmque iudica-
re,quia confinium limitibus, probatio per viſum mul
tum iuuat,l.ſi irruptione.ff. fini. regun. & per Gloſ. in
c.inter memoratos.in verſi.mittendos.xvj.q.iiij.& per
Corn.in conſi.cccxxxiij.capio.nu.43.vol.j.& per Mat-
3 thæ.de Afflict.in deciſio.xxiij.nu.6. † & ſic quod ocu-
lus vidit nemo fideliter negat,& quod patet expreſsè,
non eſt probare neceſsè,ſecundum Bal.in conſi. cccl-
4 xxxviij.num.6.vol.j.† & Curti.in conſi.lxx.nu.18.vult,
quòd nulla ſit melior probatio , quàm euidentia loci
5 optima,quæ nulla legis virtute excludi poteſt.† Et ſe-
cundum Lauren.Calc. in conſi.viij.in cauſa pendente.
num.7. oculorum inſpectio eſt probatio quæ derogat
omni generi , vel ſpeciei probationum , per Bald. in l.
contra negantem. C. ad legem aquili. & ideo dicitur
quòd multum operatur oculorum inſpectio,per l. ſa-
tis.ff.de in ius vocan.& per plura alia quæ congerit ad
6 hoc.† Et duplex procedendi practica traditur ab Ab-
ba.in c.quia indicante.nu.9.de præſcript.vna eſt, vt de
poſita querela iudex inquirat quis poſſideat, & quan-
tum deinde videat circa proprietatem , quantum de-
beat quilibet habere , & hac informatione habita,
vadat cum agrimenſoribus , vel agrimenſorem mittat
partibus citatis , ac iniungat , vt circa probationem
habitam agrum menſuret,vnicuique aſſignando quod
ſuum eſt,& terminos figat,& poſtmodum pronunciet
illos obſeruandos fore in futurũ : Altera practica eſt,
vt iudex habita informatione,pronũciet terminos po-
nendos , ſecundum informationem, vel probationem
habitam,prima tamen melior & certior eſt,eam com-
muniter ſequuntur doctor. prout Bal.in l.ſi quis,nu.2.
C.fini.



C. fini.regun. & Ang.in §.quædam actiones, num. 12.
& Iaſ. num.78.inſtitut.de Actioni. & Fely. in d.c. quia
indicante nu.3. † Et alia erit practica ſecundum Abb. 7
in c. ex literis,num.9.de proba. vbi dicit , primò iudi-
cem cognoſcere de poſſeſſione , ſecundò de proprie-
tate , tertiò agrimenſorem mittere , quartò per ſuam
ſententiam terminos ſtatuere. Habet enim iudex po-
teſtatem de nouo terminos ſtatuendi,ſed euidentiori-
bus ſignis,vt euitentur ſcandala. & tollendo de fundo
vnius aliquid,ac dando alteri,faciendo tamen ei pecu
niam refundere.l.ij.& iij.ff.fini.regun. & in §.ſi finium.
inſtit.de offic.iudi. Neque ſunt à iudicibus omittenda
ea,quæ congerit Aggenius Vrbicus in Codice Theo-
doſiano de controuerſiis. in pag. clxxv. † quòd ſi res 8
hanc habeat quæſtionem,vt vterque ad formam , nec
ad vllum ſcripturæ exemplum reuertatur, niſi tantum
hunc locum dico hinc eſſe , & alter è contrario ſimi-
liter quæret , & ex ſimilitudine feracis culturæ com-
parationem accipiet,vel ſi ſylua cuius ſit ætatis, cuius
pars cenſuræ,& ætas arborum,vt ſolet relinqui , quas
antemiſſas vocant,& ſyluarum quoque ætates, an ſint
pares. Erit etiam notandum , ſi vineæ erunt ſimiles in
comparatione,& an ordine æquè diſtantes, vel ſi pari
conſtitutione , aut ſimile vitium genus. vt ibi latius
per eum. † Iudex quoque conſiderare debet, cui ma- 9
gis fines adiacent,quia niſi aliter extenderentur, in du
bio præſumuntur eſſe de eius iuriſdictione ,cui magis
adiacent, & magis adiacenti ſunt applicãdi. † Et idem 10
fieri deberet,quando eſſet quæſtio de caſtri , vel villæ
confinibus,ſecundum Bal.in c.cum olim. de præſcrip.
& per Alexand.in l.ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig.
actio.ibi in addi.ad Bar.quæ incip.Guiliel.de Cune, &
dicam infrà in c.clxxviij.incip. neque erit omittẽdum.

## CAP. XXXI.

1 *Terminus erit ſtatuendus partibus citatis , quando iu-*

 *dex*

*dex uult ire, uel agrimenſorem mittere ad differentiæ loca, ut tali die & hora ſint.*

2 *Iudex deſcribere faciat quæ fiunt in locis differentiæ, & fieri inſtrumentum.*

3 *Iudex deſcribere faciat quòd ad loca differentiæ acceſſit, & quòd uidit tot affixos lapides in finium figura, uel arbores cum ſignis, uel quòd non uidit terminos, uel quòd erant mutati, & hæc in actis redacta decidant cauſam.*

4 *Agrimenſor poterit ſuum exercere officium partibus citatis præſentibus uel abſentibus, & per ſe, uel nuncium, aut epiſtolam iudici denunciare.*

5 *Deſignum loci probat identitatem rei, & ideò debet fieri præſentibus partibus & de earum conſenſu.*

ET cùm in præcedenti cap. dictum fuerit, vt iudex antequàm pronunciet, ad differentiæ loca accedat, vel agrimenſores mittat, nunc modo erit aduertendum ſecundum Bar. in l. qui bona. §. huic ſtipula-
1 tioni, nu.2. ff. de dam. infect. † quòd in primis terminus partibus citatis erit ſtatuẽdus, vt tali die & hora partes cum tali magiſtro aut agrimenſore, vel ſecum ſint in illo loco, per l. iij. C. fini. reg. & l. generaliter. §. pen.
2 C. de iureiur. † & quia vt ipſe dicit per partis præſentiam iudex, vel agrimenſor poterit ſe informare, & ideò in loco differẽtiæ faciat deſcribere quæ ibi fiunt, & fieri inſtrumentum, aliàs poſſet periclitari proceſ-
3 ſus. † Et iudex ſecundum Pari. de Put. in c. & aduertendum, nu.4. de fini. feu. non ſolum ſcribi faciat in actis, quòd ad locum acceſſit, ſed etiam quòd vidit tot affixos lapides in finium figura, vel etiã arbores cum ſignis, qui, & quæ videbantur fines veri, vel quòd nõ eſſent in finiũ figura, vel quòd viderentur mutati, & hęc in actis redacta cauſam decidat, per acta iuridicè, vel ad iudicationem faciat, & ſecũdum Abb. in c. quia indican

dican



dicante. num.6. de præſcrip. † ſi partes citatæ vadant, 4
vel non vadant, agrimenſor poterit ſuũ exercere officium, & per ſe, vel nuncium, vel epiſtolam iudici denuntiare. & iſti agrimenſores ſunt quaſi teſtes, & quia vt dicit Pariſi. in conſi. iiij. nu.7. vol. iiij. & in conſi. ciiij. nu.28. vol. j. † rei identitas probatur per deſignum fa- 5
ctum in partium præſentia, & de earum conſenſu, nominibus in eo deſcriptis, & deſignũ eo modo factum probat, vt ibi per eum. Ideò aduertat iudex quando erit in differentiæ loco, vt locum depingere, vel deſignum fieri faciat, partibus præſentibus cũ nomine regionis, vocabuli, & laterũ, & omni ſtudio nitatur, partes cõcordare ſuper veris vocabulis & lateribus, quia experiẽtia eſt rerũ magiſtra, c. cum expeditur, in prin. de electio. in vj. & ego ſæpè in iis verſatus fui, & plerunque partes reperi ſuper prædictis non bene in vnũ conuenire, & ob id plures oriebantur difficultates.

## CAP. XXXII.

1 *Iuramentum agrimenſoribus partibus præſentibus præſtari debet de benè & legaliter exercendo.*

2 *Iuramentum agrimenſoribus de partium conſenſu electis, præſtari poterit in abſentia partium.*

3 *Agrimenſor iurare debet dicere ueritatem ſecundum eius iudicium, & non præciſè uel ſimpliciter.*

4 *Deponentes de peritia iurare debent dicere ueritatem de credulitate, & ſecundum eorum iudicium, niſi deponerent ſuper re certa.*

5 *Præſentia partis licet requiratur in agrimenſoris commiſſione, non tamẽ requiritur in eius relatione.*

6 *Calculatores, & librorum reuiſores in partium abſentia, ſententias proferre poſſunt.*

7 *Agrimẽſoris electio fit, ut non per illos probetur poſſeſſio, uel dominium, ſed quando probatum fuit, & ignoratur quantum quiſque poſſideat.*

 Et

1 ET quando † iudex agrimenſorum ope vti vult,
debet ipſis iuramétum partibus præſentibus de-
ferre, de bene, & legaliter exercendo, & menſurando,
vt habetur per Ang. in § quædam actiones. num. 12. &
ibi per Iaſ. nu. 77. 78. & 79. inſtit. de actionibus. & per
2 Bertrandum in conſ. lxv. in volumine primo. † In agri-
menſoribus autem de partium conſenſu electis iura-
mentum præſtari poterit in partium abſentia, vt per
Iaſ. conſi. cc. col. iij. verſic. non obſtat, volumine ſecun-
do, quia quando agrimenſor erit à partibus electus,
pars non poterit opponere contra iuramentum ei de-
latum, vel eius relationem, & ſecundum Bal. in c. quia
3 indicantre. nu. j. de præſcrip. † iurabit dicere veritatem,
ſecundum eius iudicium, & ſic non iurabit ſimpliciter
nec præcisè dicere veritatem per not. in l. in princ. ff.
de vent. inſpi. ne anceps ſubeat periurium. & Fely. ibi
4 vult, quòd † illi qui deponunt de peritia, iurare debét
dicere veritatem ſecundum eorum iudicium & de cre
dulitate, niſi ſuper re certa deponerent, quia tunc de-
bent iurare ita eſſe, & quod teſtes deponétes de peri-
tia probent, licet dicant de credulitate voluit Deci. in
5 conſi. ccccclxxxix. nu. 12. † Sed erit aduertendum quòd
in agrimenſoris commiſſione partis præſentia requi-
ritur, licet ſecus eſſet in eorum relatione, vt voluit
Bald. in l. Theopompus. nu. 9. ff. de do. prælega. & Flo-
ria. in l. ſi irruptione. §. ad officium, nu. 21. ff. fini. regun.
& Rober. Maran. in ſuo aureo Specu. aduoca. in vij.
6 par. nu. 23. in iiij. par. † Vel ſimiliter calculatores & li-
brorum reuiſores, in partium abſentia, eorum ſenten-
tias proferre poſſunt, vt habetur per Bar. in l. ij. §. de
7 frumentaria. ff. de admi. rerum. ad ciui. perti. † Neque
erit deueniendum ad agrimenſoris electionem, vt per
illum poſſeſſio vel dominiũ probetur, ſed quando pro
bata fuit & ignoratur quantum quiſque poſſideat, vt
per eum termini declarentur, ſecundum quod de-
clarat



clarat D. Caro. Roui. in cõſi. cxxiiij. nu. 3. vol. v. per d. l.
ſi irruptione. §. fi. & l. iij. iunctis ibi not. per Gloſ. C. eo.

## CAP. XXXIII.

1 *Agrimenſor uel calculator tenetur ex doloſa relatio-
ne, & non de culpa uel negligentia.*
2 *Arbitratores de dolo tantùm, & non de culpa uel ne-
gligentia tenentur.*
3 *Exercentes aliquam artem tenentur non ſolùm de cul-
pa lata, ſed etiam leui & leuiſſima.*
4 *Actio non competit contra menſorem, niſi aduerſario
non uolente ſoluere.*
5 *Doloſè dicitur aliquid fieri, quando malo animo fit, &
per errorem quando bona fide.*
6 *Officialis non ſyndicatur de eo quod fit per errorem,
ſed per malitiam.*
7 *Actio datur hæredi, & non contra hæredem agri-
menſoris.*
8 *Actio datur contra aduerſarium ſi extat ſoluendo, &
non contra agrimenſorem.*
9 *Peritus ſi ſeruit gratis tenetur de leuiſſima culpa.*
10 *Diſcurſores ſi malè æſtimant ſtatim tenentur.*
11 *Doctor ſi fraudem adhibet in conſulendo, tenetur de
dolo.*
12 *Iuriſconſultus debet eſſe in conſilio cautus, in patroci-
nio fidelis, & in iudicio iuſtus.*
13 *Officium iudicandi exigit hominem bonũ, iuſtum, ſo-
brium, caſtum, modeſtum, & artificem egregium.*

NEque † erit incongruum declarare, ſi tibi com- 1
petat actio ex agriméſoris, vel calculatoris do-
loſa relatione, pro quibus vide Glo. in c. quia indican-
te, in ver. agrimenſoris, de præſcrip. quæ vult agrimé-
ſorem de dolo tantùm teneri & non de culpa, vel ne-
gligen

gligentia,& Abb.ibi nume.10. not.teneri etiam de la-
ta culpa. & idem eſſe de aliis qui adhibentur ad ali-
quam diſcordiam ſedandam in partes,vel vt relationẽ
2 & calculum faciant, † vt ſunt arbitratores & ſimiles,
per tex. & Bar. in l.ſi.ff.ſi men.fal. mo.dixe.& in l.fin.
ff.de vari. & extraordi. cogni. & per Spe.in tit. de pa-
roch.num.5. vbi deſcribit etiam de libello contra eos
3 formãdo,† ac ſubdit illos,qui aliquã artẽ exercẽt, vt
periti,& magiſtri,obligatos eſſe,non ſolũ de culpa la-
ta,ſed etiã de leui &leuiſsima,ſecũdũ culpę & imperi
tię qualitatẽ.& ratio eſt,quia fuit in culpa ſe immiſcẽ-
do rei,quæ ad ipſum non pertinebat,vt dicitur etiã de
Iudice q per imperitiã iudicat,vt inſti.de obli. quę ex
quaſi delic.naſ.in prin. in ver.litẽ,& Fely.in d.c.quia
4 indicãte.nu.2. & 3.vult † mihi non cõpetere actionem
cõtra mẽſorẽ,niſi in ſubſidiũ aduerſario non valente
ſoluere, vel niſi agrimẽſor & calculator doloſam fe-
cerit relationem,quia tunc recta via ipſe tenetur. l. ſi
duobus. §.j.& §. ſeq. & ibi Glo. ſi men. fal. mo. dixe.
5 † & doloſè dicitur fieri quando malo animo aliquid
fit,& quando bona fide,dicitur per errorem,vt tradi-
tur à Pau. Caſt.in l. quamuis. ff. de condi. & demon.
6 † Vnde ſcias quòd Officialis non ſyndicatur de eo
quod fit per errorem,ſed per malitiam:& Fely. in d.c.
7 quia indicante,† ſubdit hanc actionem hæredi,& non
contra agrimenſoris hęredem dari debere,& Iaſ.in §.
8 quædam actiones,nu.81.poſt Ang.ibi. nu.14.† diſtin-
guit, aut aduerſarius meus extitit ſoluendo, & tunc
contra eum actio dirigitur, aut non extat, & tunc
contra agrimẽſorem vel calculatorem per tex. in d.
9 l. ſi duobus. §. j. & ſeq.& ibi Glo.& Bar. † aut ſecun-
dum Bar. in l. quod mora.num.3.ff.de po. peritus ſer-
uit gratis vt homines facilius ad eum labantur,& tunc
teneatur de leuiſsima culpa, aut pecunia accepta, &
10 tunc ſecus:quia homines magis cogitant. † In diſcur-
ſorib



ſoribus enim non fit iſta diſtinctio, quia illi ſtatim te-
nentur ſi malè æſtimant.l.j.C.de diſcuſſo.l.x. & vt vo-
luit Archi.in c.licet.xj.q.iij. † ſi doctor fraudem adhi- 11
buit in conſulendo,tenetur de dolo: † quia Iuriſcon- 12
ſultus debet eſſe in conſilio cautus, in patrocinio fi-
delis,& in iudicio iuſtꝰ.& vt inquit Aggenius Vrbicus
in Codice Theodoſiano in Iuliũ Frontinũ in pag.177.
† officiũ iudicãdi exigit totũ hominẽ bonum,iuſtum, 13
ſobrium,caſtum,modeſtum, & artificem egregium.

## CAP. XXXIIII.

1 *Actiones & remedia quatuor competunt in iudicio finium regundorum.*

2 *Nobiles mitius puniuntur quàm ignobiles,& de priuilegiis competentibus nobilibus.*

3 *Remedium l.ij.ff.de ter. mo.non datur contra mouentes terminos non animo furandi.*

4 *Diſtinctio contra mouentes terminos.*

5 *Delicti differentia inter ſplendidas perſonas,& ignobiles,uel humiles.*

6 *Pœna criminalis erit pro terminorum amotione.*

7 *Cauſæ ſunt ſex, ex quibus aliquis moueri poteſt ad mouendum terminos.*

8 *Pœna alia,quæ imponitur mouentibus terminos.*

9 *Finalium quæſtionum iudicio pendente,ſi quis uoluerit alienum uſurpare, tantundem de ſuo dare tenetur ultra rem uſurpatam, & ſi non habet tantundem tenetur ad intereſſe.*

10 *Arbores terminales incidens ad quid teneatur.*

11 *Tentans corrumpere terminos non punitur.*

12 *Pœnam committit,qui incipit ferire arbores.*

13 *Pœna quãdo poßit augeri uel minui à iudice,remiſſiuè.*

14 *Terminos plures amouens unico contextu, puniri debet tantum unica pœna.*

Sequi

SEquitur videre de aliis remediis & actionibus,
quæ in iudicio finium regundorum comperunt, vt
1 ſcias libellum conficere. † Et ſunt quatuor prout vo-
luit Fab. in §. quædam actiones, in fi. & ibi Ang. & Iaſ.
nu. 73. inſti. de actio. videlicet, finium regundorum
actio, de cuius qualitate infrà in cap. xxxviij. videbi-
mus, & condicio l. ſi conſtiterit. C. fini. regun. vbi habe
tur, quòd ille, qui poſt litem conteſtatam aliquid de
alieno occapat, illud idem & tantundem reddere tene
tur, & accuſatio criminalis & pœnalis de qua dicitur
in l. j. & ij. ff. de termi. mo. vbi contra terminos moué
tes pecuniaria pœna imponitur, ſiue cohærcio perſo-
nalis habita perſonæ conſideratione quia nobiles in
2 pecuniariã, cæteri in perſonam cõdemnatur. † Et ſic
nobiles mitius puniuntur quàm ignobiles, vt eſt Glo.
in c. non cogantur. xlj. diſt. & de aliis priuilegiis com-
petentibus nobilibus, & in quibus differunt à plebeis
remiſsiuè deſcribitur per Bertran. in cõſ. cccxiij. nu. 5.
vol. 3. Vltimò datur legis agrariæ pœna, quæ in quin-
gẽtis aureis cõſiſtit, l. j. in fi. eo. tit. & ibi alia lege agra-
ria cauetur, ſi ſeruus inſciente domino, dolo malo fi-
nes euulſerit, capitali pœna puniri, niſi dominus quin
quaginta aureorum pœnã ſoluere voluerit, & ſi fuerit
liber, ſecundum pœnæ conditionem, & facti qualitaté
plectetur: & ſic nota quòd magis puniuntur ſerui
quàm liberi, vt etiã not. Gloſ. in §. item lex Cornelia,
3 inſtit. de publi. iudi. † Et contra mouentes terminos
non animo furandi datur remediũ d. l. ij. in fi. ff. de ter-
mi. mo. & extra ordinem puniri poterunt. l. j. C. de ac-
cuſa. & ibi per Saly. & contra eos poteris etiam expe-
riri ciuiliter ad intereſſe. l. ſed & ſi loci, §. dicatur ff. fi-
ni. reg. ſi enim furandi animo quis amouerit cõtra eum
furti agitur d. l. j. & ibi Gl. in ver. terminos, & per Flo-
4 ria. in d. §. ſi dicatur. † Abb. verò in c. ex literis, nu. 13.
de proba. poſt pluriũ Doctorum relata vult ita diſtin-
guen



guendũ eſſe, Aut quis occupãdo terminos corrupit, &
ſi erit perſona ſplẽdida ad tẽpus relegatur, habito re-
ſpectu an ſit iuuenis vel ſenex, quia iuuenis ad lógum
tempus, ſi verò antiquus minori tempore ſecundum
quòd diſtinguitur in d. l. ij. in prin. ff. de ter. mo. Si verò
erit perſona humilis caſtigabitur, & ad opus biennio
datur, vt in d. l. ij. in fi. aut obſcurãdorũ finalium quæ-
ſtionum cauſa, & plectendus erit pœna ſecundũ per-
ſonæ conditionem & facti qualitatem, vt in d. l. ij. in fi.
aut nec occupandi vel obſcurandi cauſa, & tunc ſub-
diſtinguitur vt in d. l. fin. & ſi per ignorantiam vel for-
tuitò, vt quia non credebat cõfinia corrũpere, & ver-
beribus ceditur, vt in d. l. ij. in fin. quæ tamẽ de humili-
bus perſonis ſunt intelligenda, quia in ſplendidis erit
perſona Iudicis arbitraria, & tunc puniuntur minus
quàm quãdo ſcienter fecerunt, vt patet ex d. l. ſecũda
in fi. & per iſtas declarationes ſecundũ eum habetur
intellectus omnium legum illius tituli. de ter. mo. &
iſtam diſtinctio. ſequitur ibi Barba. in nu. 38. in omni-
bus præterquam in eo, † dum Abba. dicit per Cynum 5
non fieri diſtinctionem inter ſplendidas perſonas &
humiles, ac etiam vult malè dicere dum tenet, quòd d.
l. ij. ſolum prouideat in ſplendidis perſonis, & nihil de
humilibus dicat, & ſic quòd Iuriſconſultus fuiſſet di-
minutus, & contra iuris regulas feciſſet cũ à nobilio-
ribus verbera ſint aliena. c. qui contra pacem, xxiiij. q.
j. & nobiles etiam verberibus punirẽtur ſi animo of-
fuſcãdi terminos corrupiſsẽt, & ſic Barba. defendẽdo
Cyn. dicit, d. l. ij. per eũ adductã loqui de humilibus &
ſplendidioribus, & eius dictum intelligi debere ſecũ-
dum legem quam allegat. † Et pro terminorum amo- 6
tione ſecundum Pari. de Puteo in c. j. num. 13. & in c. an
ſi vicinus. de fini. feu. erit pœna criminalis de qua in l.
j. ff. de term. mo. & extra ordinẽ punitur de qua in l.
j. C. de accuſa. & ibi per Cyn. vbi etiam Bald. dicit
quòd

quòd aliquando punitur ciuiliter pro pœna parti ap-
plicanda d. l. agraria, & aliquando pœna criminali
fiſco applicanda, vt ibi per eum, & Boniſa. Vitali. in
trac.maleſi.inter.mot.vbi de omnibus quaſi prædictis
7 facit mentionem. † Et ſex ſunt cauſæ ex quibus ali-
quis induci poteſt ad mouendos terminos, ſecundum
Io.Barber.in ſuo viatorio iuris in c.de ter.mot. videli-
cet animo furandi lapidem inſignem,& non obſcurã-
di limitem,& tũc pœna furti tenetur: aut procul pel-
lendi fines agri ſui verſus agrum vicini,& tũc punitur
habita diſtinctione ſecundum qualitatem perſonę:aut
quando vicini duo litigant, & vnus cauſa obſcurandi
limites alterius euellit terminos,& punitur ſecundum
qualitatem & conditionem perſonæ,& factorum vio-
lentiam:aut animo nocendi vicino, & ſibi non profi-
ciendi,quia amouet fines communes, & tunc diſtin-
guitur pœna ſecundum diuerſitatem perſonarum ex
lege agraria:aut caſu fortuito,credens furari lapidem
ſimplicem & non terminum, & tunc verberibus cedi
iubetur. Aut euulſio terminorum fit de alicuius man-
dato,& mãdatarij ob turpe exequentes mandatũ,per
biennium ad opus publicum damnatur,vel loco illius
regulantur,ſeu banniuntur per tantundem tempus de
quibus latius ibi per eum, vbi etiam dixit de iure Ca-
nonico fieri diſtinctionem inter committẽtes & con-
ſilium dantes, quia conſilium dantes duobus menſi-
bus excommunicantur, vt in c. tanta. lxxxvj. diſt. &
principalis carcerari debet ad tempus pro peragenda
pœnitentia.arg.Gloſ.in d.c.tanta in ver. excommuni-
8 catos.† Sciendum eſt etiam ſecundum Iulium Fronti-
num in Codice Theodoſiano. in tit. fini. regundo. in
pagina.171.in fi.quòd illi qui terminos effodiunt, vel
exarant arbores terminales aut ſubuertunt,ſi quidem
ſerui & ſua ſponte faciant, in metallum damnantur,
humiliores in opus publicum,honeſtiores in inſulam,
amiſſa



amiſſa bonorũ tertia parte relegabuntur,vt ibi ſecun-
dũ eum in pag.171.& 21.habetur.† quod ſi quis fina- 9
lem quæſtionẽ retulerit,& priuſquã aliquid ſententia
terminetur,rem ſibi alienã vſurpare voluerit, non ſo-
lùm id ꝙ malè petebat,ſed vnuſquiſque magis cõten-
tus ſuo,rem non expectet alienã,is qui irreptor agro-
rum fuerit in lite ſuperatus tantũ agri modum,quan-
tum diripere tẽtauit amittat,& id voluit Bonifaci. Vi-
tali.in d.c.de ter.mot.nu.6.ſubdẽs quòd ſi ille qui vo-
luit occupare tãtundẽ nõ habeat de ſuo, quod tenea-
tur ad intereſſe,arg. l.qui reſtituere.ff.de rei vendica.
& l.in executione.ff.de rei vendica.& l.in executione.
ff.de ver.obliga.& in nu.9.dixit † quòd incidẽs arbo- 10
res terminales tenetur ad idem per §.pen.in fin.Inſtit.
de offi. iudi. & tenetur etiam pœna arborum furtim
cæſarum,vt l.j.& l.facienda.ff.arbo.furt.cæſa. † ſi quis 11
tamẽ terminos furtim corrũpere tentauit,puniri non
poterit,per ea que habentur in d.l.ſi conſtiterit, & ibi
per Bal.C.fin.regun.quia requiritur occupatio,& cõ-
tinuatio delicti,omiſſis opinionibus,que ſunt in Glo.
quia in hoc iudicio ciuiliter agitur,per Glo.quę eſt ibi
in verſi.id eſt temerariè,& ad idem quod habetur in l.
vulgaris.§. qui furti, & ibi Bar. & Doct. ff. de furt. &
Bar.& Doctor in l.ſi quis ad ſe,col.fi.ff.ad legẽ Iul.de
vi.& iſta ratio Bal. quòd non detur iſta actio, contra
tentãtes cõfirmatur,quia lex requirit delicti,conſum-
mationẽ,vt habetur in d.l.j.& ij.ff.de ter.mot.† Aduer- 12
te tamẽ,quòd Boniſa.Vitali in d.tit.de ter. mo. in tra-
cta.maleſi.voluit, ꝙ ſi quis incipit ferire arbores cau-
ſa cædendi, licet ex toto non incidat, tamen videtur
cadere in pœnam.† Et ſi vis ſcire,quando iudex poſ- 13
ſit augere pœnã,vel minuere vide Dec.in c.at ſi cleri-
ci.§.de adulteriis,nu.4.de iudi. † Et prędictis adde,ꝙ 14
ſi quis vnico contextu euulſerit plures terminos exi-
ſtentes in vno angulo demonſtrantes confinia ab vna
parte,

parte, debet puniri vna tãtum pœna ſecundum quod voluit Ang.in l.inficiendo, §.infans nu.2.ff.de furt.

## CAP. XXXV.

1 *Pœna una non tollit aliam, in iudicio finalium quæſtionum.*

2 *Criminalis actio non tollitur per ciuilem intentatam: contra ſuper exactorem.*

3 *Iudex non poterit criminaliter cognoſcere, niſi ad partis inſtantiam, & donec una agitur, alia ceſſat.*

4 *Criminalis actio quando principaliter intentatur, & tunc petatur incidenter fieri finium reformationẽ.*

5 *Ciuilis actio quando principaliter intentatur, & tunc non poterit intentari acceſſoriè criminalis, propter requiſitæ probationis diſparitatem.*

6 *Iudex de crimine cognoſcens, poterit etiam de finibus ciuiliter cognoſcere.*

ET cùm in præcedentibus capitibus declaratum fuerit de pluribus & diuerſis pœnis, in quibus
1 puniri debent mouentes terminos, † ideò videamus an vna pœna tollat aliam, & Gloſ.in l.ſed & ſi loci. §. ſi dicatur, in ver.de crimine, ff.fini.regũdo.tenet quòd non.& idem voluit Fab.in §. quædam actiones, in fin. inſtit de actio.per l. ſanctio legum. ff. de pœn. & l.iij. C.de ſepulch.viola.& ad idem quod not. Glo.in §.fin. in ver. furatus eſſet. inſtit. de offi. iudi. vbi habetur quod intentata ciuili actione, non tollitur criminalis: & ſimiliter dicit Gl. in l. vnica. C. de ſuper exactorib.
2 lib.x.† quod intentata ciuili actione contra ſuperexa-
3 ctorem, non tollitur criminalis. † Iudex tamen non poterit niſi ad accuſationẽ criminaliter cognoſcere, & donec vna agitur, alia ceſſat.vt no.Glo.in d. §. ſi dicatur.in ver de crimine, & ibi not. Floria. practicam
4 eſſe, † quod quando criminalis principaliter intentatur,



tatur, & tunc incidenter petatur, iudicis officio fieri reformationem, & iuri conſonum erit, per l. qui crimen.C.qui accuſa.non poſſ.ſubdit † etiã iſta non pro- 5
cedere è contra, vt ſi quis vellet ciuilem principaliter intentare, & acceſſoriè criminalem, propter requiſitæ probationis diſparitatem, quæ clarior in criminalibus requiritur.l.ſciant cuncti.C.de probat. & l.ij.§.j.ff. de vi bono. rap. & intelligitur tex.in d.§.ſi dicatur. † Et 6
iudex qui de crimine cognoſcit, poterit etiam de finibus cognoſcere, per d. §. ſi dicatur, & ibi Gloſ. in ver. de crimine, & per ea, quæ habentur per Iulium Frontinum in Codice Theodoſiano, de ſepulchris, in fi.pag. clxxj. vbi dicit ſi termini deiecti, vel exarati fuerint, iudex qui de crimine cognoſcit, de finibus etiam cognoſcere poterit.

## CAP. XXXVI.

1 *Pecuniaria pœna legis agrariæ accuſatori applicatur.*

2 *Lex, ſi imponendo pœnam inducit actionem, tunc pœna parti applicatur, & ſi inducit accuſationẽ applicatur fiſco.*

3 *Lex, ſimpliciter loquens in pœnalibus, inducit accuſationem, & pœna applicatur fiſco.*

4 *Actio finium regundorum eſt popularis, quia pœna fiſco applicatur.*

ET erit modo † videndum cui veniat applicanda 1
pœna agraria, & ſecundum Abb.in c.ex literis.in fi.de proba.accuſatori applicabitur.per tex.in l. fin. de ter. mo. & dicit Bar. ibi velle quòd ſit ſpeciale in illo caſu. † quia aliàs vbi lex introducit accuſationem, 2
pœna applicatur fiſco, ſed vbi inducit actionem, parti applicatur. † Et vbi lex ſimpliciter loquitur in dubio 3
videtur inducere accuſationem, & ſic fiſco applicabitur, niſi in caſibus prædictis aliud à iure ſpecificè diſponatur, tamẽ iudicio meo ſalua reuerentia tanti viri, ille

ri, ille tex. in l. ſi. videtur dicere, quòd fiſco & non par-
ti illa pœna debeat applicari, dum dicit, nam in termi-
nos ſingulos quos eiecerint, locóve mouerint, quin-
quaginta aureos in publico dare iubetur: ecce ergo
quòd non dicit accuſatori, & ſimiliter Bar. intelligit,
quòd pœna debeat fiſco applicari, dum diſtinguendo
dicit, quòd quando lex imponendo pœnam inducit
actionem, & tunc pœna parti applicatur, per l. ſi cui.
ff. de ver. ſigni. & l. iij. in prin. ff. de ſepul. viola. & l. ſi id
quod. ff. de iur. omni. iudi. & deinde ſubdit: fallit quan-
do aliter exprimeretur in lege prout hic, & ſic videtur
innuere, quòd in d. l. fin. ſit expreſſum pœnam debere
fiſco applicari, licet in eo caſu lex introducat actio-
nem, & prædicta opi. contra Abb. confirmatur, quia vt
4 vult Bar. in l. j. nu. 9. ff. de publi. iudi. † iſta actio finium
regundorum eſt popularis: & vbi actio eſt popularis,
pœna fiſco applicatur, per Barto. poſt Gloſ. in rub. de
popula. actio. & per Abb. in c. cum te, de accuſa. & vt
habetur per Pari. de Puteo in c. an ſi vicinus. num. 6. de
fini. feu. pro terminorum amotione, aliquando amo-
uens ciuiliter punitur, & pœna parti applicabitur, &
aliquando criminaliter, & applicabitur fiſco. & idem
voluit Fely. in rub. de iudi. Quæ tamen vltimo dicta
ſunt intelligenda, vt declarat Abb. ibi in rub. nu. 35.

## CAP. XXXVII.

1 *Contra occupantem uiam publicam in finibus exiſtentem, non agitur finium regundorum, ſed iudicis officium præponitur.*

2 *Officium iudicis datur contra occupantem flumen publicum in confinibus exiſtens.*

3 *Contra occupantem riuum priuatum in finibus exiſtentem agitur finium regundorum.*

4 *Flumen à riuo magnitudine cognoſcitur.*





ET quoniam ſuprà declaratum fuit de fluminibus
ac viis publicis, & aliis rebus exiſtentibus inter
duas iuriſdictiones, † ideò erit congruum diſcutere 1
de viis publicis, & fluminibus exiſtentibus inter pri-
uatas perſonas occupatis, ſi finium regundorum agi
poterit: & ſecundum Par. de Put. in c. an ſi via. de finib.
feu. dicitur, quòd non per l. ſed & ſi loci, in fin. ff. fini.
regun. † Sed contra occupantem erit iudicis officium 2
præponendum vtile, vt ibi per Gloſ. & Bal. & idẽ pote
rit determinari de flumine publico inter me & te exi-
ſtente, quia via publica, & flumen diuidunt territoria,
& ſunt cõfinia. † ſin autem interuenit riuus priuatus, 3
agetur contra dominum riui finium regundorũ, quia
talis riuus non eſt confinis, per l. ſed & ſi riuus. ff. co.
† & flumen à riuo magnitudine diſcernitur, aut exi- 4
ſtimatione circumcolẽtium. l. j. § j. ff. de flumini. & per
Cæpol. in tracta. de ſerui. ruſti. præ. in titu. de flumi. c.
xxxj. num. 3.

## CAP. XXXVIII.

1 *Actio eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur.*

2 *Actionis nomen erit exprimendum in libello, quando ex facti narratione plures oriuntur actiones.*

3 *Actio finium regundorum an ſit natiua uel datiua.*

4 *Actiones in hæredes transferuntur.*

5 *Actio finium regundorum quare ſic appellatur.*

6 *Actio finium regũdorum unde naſcatur uariæ opiniones ſunt.*

7 *Finium turbatio quando eſt maleficium, & quando non eſt.*

8 *Actio finium regundorum dicitur natiua, quando oritur ex præſenti materia.*

9 *Præſcriptio in iurgiis finalibus incipit currere à die damni dati, uel turbationis.*

10 *Præſcriptio non currit antequàm nata ſit actio.*

11 *Actio finium regundorum naſcitur ex uariis figuris cauſarum.*
12 *Actio finium regundorum dicitur natiua & mixta.*
13 *Actio finium regundorum quare dicatur mixta.*
14 *Obligatio quælibet oritur ex contractu uel quaſi, aut ex uariis figuris cauſarum.*
15 *Actio natiua quando dicatur.*
16 *Actio natiua & datiua quæ dicatur.*
17 *Actio finium regundorum poterit dici natiua, & datiua, & mixta, & aliquando naſcitur ex uariis figuris cauſarum.*
18 *Actio finium regundorum dicitur popularis.*
19 *Actio dicitur popularis, quoties pœna fiſco applicatur.*

ET cum in ſuperioribus capitibus de aliquarum
finalium controuerſiarum præludiis dixerimus,
nunc erit decens antequam telam iudiciorum ingre-
1 diamur de earum actionibus nonnulla declarare. † In
primíſq; notãdum erit, quòd actio nil aliud eſt, quàm
ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, vt inſti.
2 de actioni. in princ. † Et actionis nomen in libello ex-
primendum erit, l. omnes. §. fi. ibi, præpoſita actione.
C. de Epiſco. & cleri. & in l. fi. ibi, actionem exprimere.
ff. de interdict. & maximè quando ex facti narratione
plures oriũtur actiones, vt latè per Spe. in tit. de actio.
ſeu peti. in §. verũ. & per Deci. poſt alios in l. edita. C.
3 de eden. nu. j. & aliquid infrà dicam in c. xlij. † Erit igi-
tur tractandum de cuius qualitate & natura ſit actio
finium regundorum, & quare ita appellatur, & vnde
naſcatur: & erit vtile ſcire propter duo, quia ſi eſſet
datiua, non poſſet dicere aduerſarium ſibi obligatum,
& ſi eſſet natiua poſſet, ſecundum Floria. in l. j. ff. fini.
regun. vnde Pau. Caſt. in l. licet. §. ea obligatio, in fin. ff.
de procur. dicit in actione natiua, actionem perſona-
lem



lem eſſe non poſſe ſine obligatione præcedente, & ſe
cus eſſe in actione datiua: vt in actione ſubſidaria, quæ
datur à lege, & alia erit cauſa, quia ſi non eſſet natiua
ad hæredes non tranſiret, vt not. Gloſ. fini. in l. cum
precario. ff. de preca. quam tamen reprobat Deci. in l.
cum mota. nu. 7. C. de tranſ. dicens iſtud dictum Gloſ.
iure non probari. † Et in contrarium eſſe regulam, 4
quæ vult regulariter actiones in hæredes transferri, l.
j. C. de hære. actio. † Et actio finium regundorum ſic 5
nominatur, quia per eam fines reguntur, vt per Alciat.
in l. quinque pedũ præſcriptione. in pag. 8. C. fin. regun.
† Et quia variæ ſunt opiniones, vnde hæc actio finium 6
regundorũ naſcatur, ideò omnes referam, & vna fuit
opi. Gloſ. in d. l. j. & in l. fin. C. eo. tit. vt non naſcatur, ex
cõtractu, ſed datiua ſit propter turbationem. Alia fuit
opi. Fulgo. in d. l. j. quod omnis actio ſit natiua, & non
datiua, & alia fuit opi. Bal. in d. l. fin. vbi facit vnam pul
chram diſtinctionem, & aliam ibi conſimilem facit Sa-
ly. & per eos ſic diſtinguitur. † Aut aliquis turbat, quia 7
eius authorem reperit in poſſeſſione exiſtere, arg. l.
cum Celſus. ff. de vſuca. & tunc turbatio non erit ma-
leficium: & inde dicitur, quando aliquis eſt in leui, &
leuiſſima culpa, quia non erit maleficium, vt not. per
Cy. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cleri.
dum aliquis ſciẽter turbat, & eſt in culpa lata, & tunc
erit maleficium, quod apparet, quia criminaliter puni-
tur quis pro vituperatiua. l. ſeruus. ff. de actio. & oblig.
† Et præfati doctor. dicunt iſtam actionem eſſe nati- 8
uam, quia oritur ex præ exiſtenti materia, vt in l. iuris
gentium, in princi. ff. de pact. & ideò Gloſ. in §. hæres
quoque, in ver. intelligatur. in inſtitu. de obligat. quæ ex
quaſi contract. naſ. not. actionem finium regundorum,
ex quaſi contractu oriri, & ſic diſtinguitur. † Aut fi- 9
nium regundorum actione agitur propter furtum &
damna data: vt in l. iij. §. poſt litem. ff. eo. & tunc eſt na-

tiua, & xxx. annorum curriculum incipit à die damni dati, & fructuum perceptorum, aut agitur vt termini de nouo imponantur, vt exemplum in l. j. C. eo. vel vt iam impoſiti reparentur, quia fluminis inundatione obſcurati erant, ſiue alio modo, & tunc talis actio datiua videtur. Aut facto aduerſarij doloſè turbati erãt, vel erat in culpa, & tunc iſta fit ex maleficio, & currunt xxx. anni à die turbationis. ſi verò ſine dolo vel culpa, & propter iuſtæ ignorantiæ cauſam, tunc talis actio erit datiua, & ſimiliter xxx. anni currere incipiũt

10 à die turbationis: † quia antequam ſit nata actio, non currit præſcriptio, vt not. Gloſ. in l. ſi rem alienam. §. omnis pecunia. in ver. actio. ff. de pigno. actio. † Et ſic

11 concludunt actioné finium regundorum ex variis figuris cauſarum naſci: quia aliquando ex maleficio, & aliquando ex quaſi contractu, & quandoq; eſt datiua, & idem videtur tenere Fab. in §. quædã actiones, nu. 31. inſtit. de actio. vbi vult iſtam actionem ex variis figuris cauſarum naſci, & hoc eſt ſecundum diuerſa facta: & diuerſas habet origines. Interdum ex delicto naſcitur, quando fines turbari cœperunt, vel ſunt turbati, aut euulſi. Interdum ex contractu, quando emptor contra venditorem agit, vt confinetur petium terræ emptum, cum alio petio terræ ipſius venditoris. Interdum ex quaſi contractu, quando peto petium terræ mihi legatum cum hærede confinari. † Et alia fuit opinio Flo-

12 ria. in d. l. j. vbi vult veriorem opinionem ſibi videri actionem iſtam natiuam eſſe, & mixtam ex iure reali & perſonali: quia habet effectum mictum. & licet inter iſtas nil ſit geſtum, tamen poteſt dici quaſi geſtum propter confinium turbationem, vel occupationem: & ſecundum Papien. in ſua pract. de for. interro. fien. reo conuen. in verſi. ad declarationem, nu. 2. iſta actio eſt mixta per d. §. quædam actiones, & dicit attendendum eſſe modum, & qualitatem agendi, quia in iſtis actioni



actionibus diuerſimodè agi poteſt, & de eis proceditur, & iudicatur, quandoque tanquam de perſonalibus, & quãdoque tanquam de realibus, vt in d. §. quæ-

dam actiones. † Fab. & Ang. ibi nume. 2. dicunt iſtam 13

actionem appellari mixtam, quia quando partim eſt pœnalis, & partim perſecutoria, vel quando non diſcernitur quis ſit actor, & quis ſit reus, vel quando eſt realis in parte, & ſi in parte pœnalis, vel ſecundum Iaſ. in §. omnium. nu. 5. Inſtitut. de actio. dicitur mixta, quia per actiones reales ad id quod noſtrum eſt agimus, vel ad id in quo habemus, & per actiones perſonales agimus ad id quod non eſt noſtrum, ſed eſt nobis debitum, & per actiones mixtas agimus ad vtrunque, & per hoc debent nominari mixtæ. & Iaſ. in §. actionum nu. 77. eo. titu. remittendo ſe ad dictam Bal. diſtinctionem in d. l. fi. dicit Fab. errare, dum vult iſtam actionem finium regundorum non oriri ex contractu, ſed ex variis figuris cauſarum, quia illa verba ex variis figuris nil aliud important, niſi ex quaſi contractu, vel ex quaſi maleficio: prout idem voluit in d. §. omniũ, nu. 37. ſubdẽs doctor. ita communiter tenere, & ea ratione, quia cùm Iureconſultus in d. l. j. ff. de actio. & obliga. dixerit ꝙ obligationes naſcuntur aut ex contractu, aut maleficio, aut ex variis figuris cauſarum, & Iuriſcõſultus in d. l. j. vſque ad l. ex maleficiis in prin. tractauerit de obligationibus, quæ ſunt ex maleficio, & ex cõtractu. poſteà à §. ſiquis abſentis in d. l. ex maleficiis, vſque ad fin. legis incipit tractare de obligationibus, quæ fiunt ex quaſi cõtractu, & de obligationibus, quæ fiunt ex quaſi maleficio, & ſic ibi proſequitur tertium membrum, ſcilicet ex variis figuris cauſarum. ergo de mente Iuriſconſulti eſt, ꝙ obligationes, quæ fiunt ex quaſi cõtractu, & ex quaſi maleficio, dicantur oriri ex variis figuris cauſarũ, cùm ſequentia declarẽt præcedẽtia. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. j. & ſubdit Iaſ. ꝙ iſta

 fuit

fuit originalis opi.Dy.quam omnes alij ibi deſcribunt & ſequuntur. & quòd Bar. in d. l.j.in princ.ff.de actio.
14 & obliga.per hanc rationem tenet iſtam opin. † Deci. autem in d.l.cum mota,nu.7.dicit,quòd quælibet obligatio oritur ex contractu,vel quaſi,vel ex variis figuris cauſarum per d.l.j.in prin. & per. §. ſequen. Inſtit. de oblig.& ita videtur ſecundum eum,quòd actio dari non poſſit,niſi habeat præcedentem materiam. & dicit ad hoc benefacere Bar.in l.ſi me & Titium.num. 4. ff.ſi cert.pet.vbi concludit,quòd illa actio, quæ datur ibi ex æquitate,dicatur datiua: quia licet non præceſſerit contractus vel quaſi, tamen præceſſit factum, ex
15 quo oritur obligatio, & ex obligatione actio. † & quòd iſta obligatio oritur ex variis figuris cauſarum dicta l.prima in prin.& quando nulla eſſet materia ex qua oriretur obligatio,tunc poſſet dici datiua.Et ſubdit Deci. quòd in iure non reperitur iſta diſtinctio actionis natiuæ & datiuæ: & communem opinionem hoc modo ſaluari, quia quælibet actio dicitur natiua largo modo,& nunquam datur actio ſine cauſa, & ſic videtur ſecundum eum procedere opinio. Fulgo. & aliorum tenentium quòd non datur actio datiua. & tali caſu procedit quòd not. Barto. in dicta l.ſi me & Titium. Sed propriè & ſtrictè, prout magiſtraliter lo-
16 quuntur doctor. † natiua actio dicitur illa,quæ à lege ſecundum regulas iuris communis datur. Videlicet, quando factum præcedit, ex quo obligatio cauſatur, quæ actionem producit d.l.licet. §. ea obligatio. ff. de procur.ſed datiua dicitur illa, quæ datur à lege ex æquitate,& ex aliqua iuſta cauſa propter iuris communis regulas.&ideò dicitur datiua,quia in ea plurimum operatur legis diſpoſitio, quæ illam immediatè dare videtur,ſed in natiuis principaliter factum pacti conſideratur, & ex præmiſſis ſecundum notata per Deci. in d.l.cum mota, num. 7. & Iaſ.in d.§.omnium.num.5.&

37.&



37.& in §.actionum. num.77. † poterit colligi finium 17
regundorum actionem non ſolum largo modo poſſe dici natiuam,cùm quælibet actio dicatur natiua: quia oritur ex præcedenti materia ſiue cauſa. ſed propriè & ſtrictè poſſet etiã dici natiua, quia aliquando in ea præcedit factum,ex quo obligatio cauſatur,quæ producit actionem, & ſi tunc erit natiua quando factum pacti principaliter conſideratur,vt in cõtractu, & erit datiua quãdo dabitur à lege ex æquitate & aliqua iuſta cauſa propter iuris communis regulas,vel quando in ea plurimum operaretur legis diſpoſitio,quæ illam immediatè dare videtur:vt habetur in l. ſi conſtiterit. C.fini.regun.& poterit etiã dici mixta,quia quãdoque partim eſt pœnalis,& partim perſecutoria:vel in parte erit realis,& in parte pœnalis,vel quia in iſto iudicio non diſcernitur quis ſit actor, & quis ſit reus. vel etiã poterit dici, quòd iſta actio finium regundorum naſcitur ex variis figuris cauſarũ, quia oritur ex quaſi cõtractu,& aliquando ex quaſi maleficio, vel ſecundum Bart.in l.j.num.9.ff.de publi.iudi. † iſta actio po- 18
terit appellari popularis, & ad partis profectum introducta, & hac ratione, † quia quoties pœna fiſco 19
applicatur, actio dicitur popularis. vt not. Deci. in l. ſi is id quod. num.16. ff.de iur. omni. iudi. prout fit in iſta quando criminaliter agitur:vt habetur in Gloſ.§.ſi finium. in ver.furatus eſt. Inſtit.de offi.iudi. & l. agraria.ff.de termino moto.

## CAP. XXXIX.

1 *Actio finium regundorum datur pro cõfinibus maris.*
2 *Confines non dicuntur eſſe in mari,ſed pertinentiæ.*
3 *Delinquentes in mari poſſunt puniri per habentes iuriſdictionem in territorio ibi exiſtente uſque ad centum milliaria.*

 Conſi

COnſiderãdum erit etiam ſecundum Bald.in c.ex
1 literis.num.11.de prob.† ꝙ pro maris cõfinibus
finiũ regundorũ actione agi poterit. Videlicet, quãdo
eſt differentia de maris iuriſdictione inter habẽtes iu-
riſdictionis cõfines:non quidẽ vt aqua maris alicuius
fiat,ſed vt dicitur in Geneſi, Spiritus Dñi ferebatur ſu
per aquas, ita ſuper mare ſit poteſtas habẽtis iuriſdi-
2 ctionẽ.ca.vbi.periculũ.de electio.in vj. † & licet Cor-
ne.in conſi.cclxxiij.nu.22.vol.j. dicat cõfines non eſſe
in mari,ſed pertinentias,quia aqua cõmuniter vnifor-
mis eſt,tamẽ Cæpol.in tracta.ſeruit.ruſt.prędio.in tit.
de mari.c.xxvj num.24.tenet in mari eſſe confines per
not.in d.c.vbi periculũ.& per Bal.in l.ſi teſtamentum.
3 C.de cõdi.& demonſtra.ſub condi.& in nu.12.† dici-
tur, quòd ſicut quis poteſt punire delinquentẽ in ſuo
territorio, ita & delinquẽtem in mari ſubiecto illi ci-
uitati vel prouinciæ,per l.Cæſar.ff. de publi.cũ pluri-
bus per eum ibi congeſtis.& ſic habentes iuriſdictio-
nẽ in territorio cohærẽti mari,dicuntur etiam habere
iuriſdictionẽ in mari, & inſulis exiſtentibus infra cẽ-
tum milliaria. & poſſunt capere & punire delinquen-
tes ibi in mari,& inſulis, ſicut in territorio, vt ibi per
eum,& per Ant. Corſet.in ſing. incipit iuriſdict.

## CAP. XL.

1 *Actio finium regundorum naſcitur, quando fines turbari cœpere.*

2 *Finium turbatio parit aduerſarium in iudicio finium, & antequam aduerſarium habeat, ſibi competit iſta actio caſualis.*

3 *Actio finium regundorum naſcitur, quando petitur, ut noui fines imponantur.*

ET ne perperam finium regundorum actio intentetur, neceſſarium erit ſcire à quo tempore naſca



naſcatur,& dicas ſecundum Gloſ.in l.fin.in ver.ſed &
triginta.C. fini. regund. & in l.j.ff.eo. † quando fines 1
turbari cœpere, & tetigi ſupra in c. xxxviij. & idem
uidetur ſentire Paris de Put.in c. an ſi vicinus. nume.
2. de fini.feu. ac refert.Bal. ita tenere in l.fin. C. fami.
herciſ. † ſubdens, quòd turbatio parit aduerſarium 2
in iſto finium iudicio, & antequàm habeat aduerſa-
rium, ſibi competit iſta actio caſualis, & non forma-
lis per Bal.in l. ſemper.C.de rei vendi. & Fran. Bal. in
tract. præſcript. in iiij. par. princ. ver. quartodecimo
quæro. nume. j. & ij. tenet † iſtam actionem naſci à 3
die turbationis, vel ſecundum Fulgo.in d.l.j.iſta actio
naſcitur quando petitur vt noui fines fiant, & im-
ponantur quando non ſunt poſiti, & vtraque opinio
videtur bona quia quando termini non erant poſiti,
non poterant turbari, & ſic in eo caſu actio naſci
non poterat à die turbationis, ſed à die qua petitum
fuit vt imponantur.

## CAP. XLI.

1 *Actio finium regundorum intentari non poterit lite pendente ſuper appellatione ſententiæ latæ in poſſeſſorio.*

2 *Cumulatio actionum finium regundorum fieri non poteſt.*

3 *Actionem finium regundorum experiri uolẽs, tenetur probare dominium.*

4 *Dominium probatur per indicia & famam & præſumptiones.*

ET † ne lateat quòd finium regundorum actio in- 1
tentari non poterit lite pendẽte, ſuper appella-
tione ſentẽtię latę in poſſeſſorio, voluit D.Carol.Rui.
præceptor. meus in conſi. cxxiiij.num.6. vol.v. & ra-
tio eſt, quia abſolutoria lata in primo iudicio poſ-
ſeſſorio

ſeſſorio pareret rei iudicatæ exceptionem in ſecundo
iudicio, in quo ratione poſſeſsionis ageretur finiũ re-
gundorum, & condemnatoria lata in ſecundo, pareret
præiudiciũ primo. ideò illo poſsidẽte non poterat ſe-
cundum iudicium inchoari, nec debet, dicto caſu ad-
mitti. l. fundũ, & l. fundi. ff. de except. & ibi per Bar. vbi
2 tex. † ratione prædicta prohibet ſecundo agi actione
communi diuidũdo, & eadem ratione non debet fieri
finium regundorum actionis cumulatio, quæ eſt ei ſi-
milis l. in tribus. ff. de iudi. & maximè quando militat
prædicta ratio, vt traditur per omnes Doctores & ma-
3 ximè per Deci. in l. edita. nu. 6. C. de eden. † Et actionẽ
finium regundorum experiri volens tenetur dominiũ
probare, & videtur poſt longam diſtinctionem con-
cludere Fab. in §. quædam actiones. num. 32. Inſtit. de
actio. quem ſequitur Ang. ibi. nu. 11. per l. iij. C. fini. re-
4 gund. & habetur per Iaſ. ibi. nu. 72. † & Dominiũ pro-
batur per indicia & præſumptionem l. ad probatio-
nem. C. loca. & l. iudicia. C. de rei vendi. per Fely. in c.
cũ cauſam, nu. 5. de proba. ac etiã dominium antiquiſ-
ſimũ probatur per famam, vt habetur per Sozi. in cõſi.
clxxxvij. nu. 5. vol. ij. & dicã infra. in c. liiij. incip. fama.

## CAP. XLII.

1 *Iudicium incipit à citatione.*
2 *Libellus ante litis conteſtationem, & omnia alia eſt offerendus.*
3 *Libellus in iudicio finium regundorum dari debet.*
4 *Libellus prius datur Iudici parte præſente, & per Iudicem reo.*
5 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
6 *Iudex eſſet fatuus ſi præter uel contra libelli formam pronuntiaret.*
7 *Libellus quid debeat continere.*

Actio



8 *Actio illa cenſetur tentata, que ex materia deducta in libello colligi poterit.*
9 *Libelli concluſio declarat libellantis intentionem.*
10 *Libelli concluſio adaptari debet ad illam actionem, qua uidetur utilior actori.*
11 *Actio ciuilis & criminalis, quando in eodem libello in tentari poterit.*
12 *Iudex cauſarum criminalium, quando poterit procedere in ciuilibus ſtatuto non obſtante.*
13 *Libellus debet eſſe clarus, quia futuræ litis ſpeciem demonſtrat.*
14 *Libellus ineptus in cauſis ſummariis non uitiat.*
15 *Actionis nomen an ſit præponendum in libello.*

CVm autem ſuperius non ſolum de aliquibus iur-
gium finalium præludiis, ſed etiã de iudiciorum
præparatoriis pertractauimus, nunc nobis cura erit ad
iudicia præparare. † Et quia omne iudicium incipit à 1
citatione, §. fin. inſtit. de pœn. teme. litig. & not. Gloſ.
in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. in ver. non conuenerit, de
conſtitu. & per Lanfran. de Oria. in c. quoniam cõtra.
in verſi. citationes. in prin. de proba. † & ante omnia 2
poſt citationem, & ante litis cõteſtationẽ libellus of-
ferri debet, cũ ſit cauſæ fundamentũ, & vbi fundamẽ-
tũ non eſt, ſuperædificari non poteſt: vt habetur in
aut offeratur. C. de lit. cõteſta. & c. induciæ accuſant.
§. offeratur. iij. q. iij. vt not. Specu. in tit. de libel. con-
cep. §. nunc videamus. ideò de hoc aliqua perſtringa-
mus. Et in primis tractabimus † ſi libellus in iudicio
finiũ regundorũ ſit offerendus. & erit dicendum quòd 3
ſic per tex. & Gloſ. in l. iij. in ver. querimonia. & ibi per
Doctores, C. fini. regund. & per Ang. in §. quędã actio-
nes num. 11. Inſtit. de actio. & per Floria. in l. ſed & ſi
loci. §. ſi dicatur. ff. fini. regund. & ſecundum Spe. de
libel.

4 libel.concept.§.reſtat videre.nu.1.† libellus prius Iu-
dici dari debet,c.j.de libel.obla.& parte aduerſa pręſente & intelligẽte,libellũ reo Iudex porrigere debet auc.litigioſa.C.de litigio.& per d.auc.offeratur, iũcta Gloſ.j.& ibi parti datur, vt poſſit deliberare an velit cedere liti,vel cõtendere,vt in l.j.ff.de edẽ.& vt voluit Papienſ.in ſua pract.de for.libel.in actio,reali.in verſi. ad euidentiã.nu.1. Iudici libellus hac de cauſa datur: quia vt diſcretus ante omnia libelli formã & propo-
5 ſitę actionis qualitatẽ cõſiderare debet, † cùm ſentẽ-
tia iuxta libelli tenorẽ promulgãda ſit,l. vt fundus,ff. com.diui. & c.licet heli, de ſimo. & per Spe.in §. iam
6 nunc dicẽdũ.de libel.concept.† Et ſi Iudex cõtra, vel
præter libelli formã pronũtiaret fatuus eſſet, l.fin. C. de fideicõ.liber.& vt ſcias quę in libello cõtinere debeant,declarantur per hęc duo carmina tradita à Spe.
7 in §.quid libellus in prin.eo.tit. † Quis Quid coram
quo,quo iure petat, & a quo. Rectè compoſitus quiſque libellus habet. & ſic ex his collige quòd nomen actoris in libello venit deſcribendum vnà cum re petita,& nomen Iudicis,actioniſque,ac rei conuenti, vt ibi latius per eum.& per Robert. Maran. in ſuo aureo ſpecul.aduocato .in vij.par.princi. incip. tertiũ membrum iudicij eſt,nu.5.& ſecundum Pau.Caſt.in conſi.
8 cxiij.nu.2.vol.ij.† illa actio cẽſetur præpoſita,quę ex
materia deducta in libello percipi poterit,arg.l. Gal-
9 lus.§.j.& ibi per Bar.& Cyn.in l.edita.C.de edẽ.† vbi
ſubdit quòd ex libelli concluſione declaratur libellantis intẽtio, & qualiter narrationis verba intellixerit,per l.Aurelius.§.Sticho.ff. de libe.lega. & vt traditur à Pau.Caſt.in cõſil.cxxxviij.in cauſa quæritur.eo.
10 volu.† libelli cõcluſio ſemper adaptatur ad illã actio-
nem,quæ vtilior & expeditior erit actori.per l. ſi quis
11 intentione,cum ibi not.ff. de iudi.† Neque erit omit-
tendum quod not.Bal.in d.§.ſi.dicatur,vbi vult, quòd

in eo



in eodẽ libello ciuilis & criminalis actio intentari poterit, quando ex eadem lege oriuntur,vt eſt in finali-
bus cõtrouerſiis,ſecus tamen eſſet ſi ex diuerſa.† vn- 12
de ſi ex ſtatutorum forma prohibeatur iudicibus cauſarum criminaliũ procedere in ciuilibus.ſi tamẽ ciuilis actio oritur ex crimine iudex criminalis poterit ſta-
tuto non obſtãte in ciuili cauſa procedere:† & libel- 13
lus debet eſſe clarus,quia futuræ litis ſpeciem demõſtrare debet, in eóque actionis nomen inſcribendum erit,quãdo ex facti narratione plures oriuntur actio-
nes:vt not.Deci.poſt alios,in d.l.edita.nu.j.† Si tamen 14
libellus in cauſis ſummariis & executiuis, in quibus abſque libello procedi poteſt, fuerit datus ineptus non viciat,vt dicunt Glo.& Doctor. & maximè Deci. in l.vinũ.nu.22.ff.ſi cert.petat.& per Rober.Maran. in
ſuo Specul.in diſpu.ix.nu.92.† ſin autẽ actionis nomẽ 15
ſit proponendum in libello,latiſsime congerit Spe. in §.vtrum actio.de actio.ſeu peti.& Iaſ.in §.omniũ. nu. 165.Iuſti. de actio. vbi dicit cõmunem eſſe opinionẽ, quòd actio. non exprimatur, ſed taliter narrandum erit factum quòd ex eo reſultet actio, & multa faciẽtia ad propoſitũ de libello congerit Lanfran.de Oria in d.c.quoniam antea.in ver.petitiones,de probatio.

## CAP. XLIII.

1 *Iudiciorum uis conſiſtit in libelli conceptione, & in eis concipiendis imminet grande periculum.*
2 *Libellus ſecundum uarietatem & conſuetudinem regionum concipitur.*
3 *Libellandi uarij modi ſecundum Spe.*
4 *Libellus quomodo concipiatur ab emphyteuta, creditore,& uſufructuario.*
5 *Libellandi modus ſecundum Florian.*
6 *Libellandi modus traditus ab Ang.*

*Libellan*

*7 Libellandi forma ſecundum Fab.*

*8 Libellandi forma quando agitur de finibus parochiarum, diœceſum & territoriorum.*

*9 Libellandi modus quando inter duos Epiſcopos litigatur de finibus.*

*10 Agens narrare debet ſe ſolum fuiſſe in poſſeßione.*

*11 Libellus debet continere duos confines, & licet in eis erretur, ualet, tamen eorum omißio uitiat.*

*12 Fines falſi non uitiant contractum, ſi de re conſtat.*

*13 Fines territorij non exprimuntur, quando delictum uniuerſaliter reſpicit territorium.*

*14 Qualitas loci ubi delictum fuit perpetratum debet exprimi.*

*15 Actor non tenetur agri fines in libello exprimere, quando à poſſeſſore mutati fuere.*

*16 Incertus quis eſſe non debet, de finibus ſuarum poſſeßionum.*

*17 Agens pluribus actionibus ſimilibus reo inſtante, tenetur facere unum libellum & unam inſtantiam de omnibus.*

*18 Inſtantia cauſæ in quo caſu poßit diuidi, & ſuper ea pronuntiari.*

*19 Actor debet proponere in libello turbationem à xxx. annis factam, aliàs caderet.*

1 ET quia † vt inquit Spe. in tit. de libel. concep. in
prin.nu.6.circa libellorum conceptionem gran-
de imminet periculum,ac quaſi tota iudiciorum vis in
eis ritè concipiendis conſiſtit: paucique reperiantur
in hoc plenè inſtructi,immò nullus eſt,qui plerunque
2 in his vano non abducatur errore, † & maximè ſecun
dum regionum varietatem libellus cócipiatur, vt per
eum,in §.iam nunc videndum,in prin.eo.tit.& ſecun-
dum loci conſuetudinem formari debet, aliàs ex Iu-
dicis



dicis officio reiicitur,vt not.Deci.in l.edita. nu. 26.C.
de eden. & per Gloſ. in l.de quibus. in ver.inueterata.
ff.de legi.& per not.Ang.in l.j.ff.de offic. aſſeſſo. † Et 3
ideò vt iſta euitentur,incipiam deſcribere libelli con-
ceptionem,quam tradidit Spec.in tit.de iudi. in §. ſe-
quitur videre. in prin.vbi vult ſic fieri,videlicet, Co-
ram & c.conqueror de P.qui me volente ponere fines
inter meum prædium & ſuum quæ ſunt confinia, me
prohibuit,vnde ago contra eum quòd commodis fini-
bus diſtinguatur, petens idem ſententialiter interdici
ne me volétem fines diſtinguere prohibeat, & ad hoc
propono actionem fini. regundorum : vel ſic libellus
concipitur, Coram & c.conqueror de P.quòd prædij
mei fines occupauit,quod prædio ſuo confine eſt, vn-
de ago cõtra eum quòd alienos fines mihi reſtituat &
ad hoc & c.vel libellus hoc modo concipitur, Coram
& c.conqueror de P.qui fines inter meum prædium &
ſuum confinale poſitos puta arborem vel lapidem re-
mouit, vel ſuccidit, vnde ago quòd dictos fines loco
ſuo & ſtatui debito,& ſolito debeat reponere, & ad
hoc propono & c.vel ſic concipitur libellus quando
prædia non ſunt finibus diſtincta, vel quando ſunt fi-
nes,ſed vix diſcernũtur, vt melius poni & videri poſ-
ſint,Coram & c.Propono contra P. quòd cùm habeat
prædium cófine prædio meo,quæ prædia non ſunt fi-
nibus diſtincta,vel fuerũt fines appoſiti,ſed vix diſcer-
nuntur,vnde ago contra eum quòd fines apponantur,
vel poſiti in melius reformẽtur, & ad hoc propono &
c. † vel libellus ſic cócipi poteſt ab vſufructuario cre 4
ditore,& emphyteuta,Coram & c.conqueror de P.ꝙ
cùm habeat prædium confine tali prædio,cuius habeo
vſumfructũ,vel quod eſt mihi obligatum,vel quod ha
beo in emphyteuſim. & c. poſt modũ deſcribãtur quæ
in aliis libellis ſuperius ſunt deducta. † Floria. autem 5
in l.j.ff.fini. regund. quem ſequitur Fely. in c. quia in-

G dicante,

dicante,nu. 2. de præſcript. alium libellandi modum
deſcribit, videlicet quòd Titius conqueratur de vici-
no,vel ſimpliciter de finium offuſcatione,vnde petat,
vſque ad tales terminos ſibi adiudicari debere, & il-
6 los eſſe confines declarare, † & ſic habetur per Ang.
in §.hæres,num.7.Inſtit.de o[illegible]n. quæ ex quaſi cont.
In libello narrãdum eſſe te tenere poſſidere fundum,
vel ad te talem fundum ſpectare & pertinere iure do-
minij directi, vtilis, vel quaſi,& quod ad te pertinet
vſque ad talem locum,& quòd Titius occupauit duos
pedes de eo quod ſpectat ad te, quare petis vſque ad
tales terminos & fines tibi adiudicari debere, & tales
eſſe fines & terminos declarari, & ſuper talibus fini-
bus ſilentium perpetuum Titio imponi: vel ſic ſecun-
dum Ang.in §.quædam actiones.nu.14.Inſtit.de actio.
libellus ſic formabitur:Dico cõtra Titium, quod cùm
poſſiderem talem fundum ruſticum,& Titius poſſede
rit vnum alium fundum, iuxta dictum fundum meum,
& iuxta talem locum, ſiue confines dicti fundi mei &
Titij,ſunt adeò fines turbati quòd bene cognoſci non
poſſunt,quare peto confinia dictorum locorum decla
rari & poni,ita quòd amodo cognoſci, & diſcerni poſ
ſint. vel poteſt cõcludere,Quare peto, vſque ad tales
fines & terminos mihi adiudicari,& tales debere eſſe
terminos & confines declarari, & ſuper talibus con-
7 finibus ſilentiũ dicto Titio imponi: † Et vt refert Fab.
in d.§.quędam actiones,nu.41.ſecundum materiarum
diuerſitatem fiunt diuerſæ formæ libelli & narratio-
nes, vnde ſi ago ad hoc quòd termini & metæ ponan-
tur,& ſine turbatione, ſic libellum concipiam, Dicit
Io. contra M. quòd cum ipſe habeat vicinos fundos in
tali loco,idémque Io. optet fines prædictos diſtingui
per terminos ne confundantur in futurum, petiit di-
ctus actor dictos fines imponi in locis debitis,ac decla
rari loca & adiudicationes fieri,vbi fuerint fiendæ, &
ſi fuerit



ſi fuerit facta turbatio,faciet de ea mẽtionem, & ſi ſu-
ſtinuerit damna & expenſas,faciat de eis mentionem,
& iudicis officium imploret vbi erit implorandum, &
ſi agat de terminis auulſis reponendis,petat quòd re-
ponantur,& reſtituantur in loco in quo erant,ſpecifi-
cãdo locum:& petat damna,ſi quæ ſuſtinuerit. ſi verò
termini indirecti fuere ſiti,poterit agi vt melius repo-
nantur,vt in l.ij.§.fin.ff.fini.regun.† Quando verò agi 8
tur de finibus parochiarũ,diœceſum, & territoriorũ,
libellus ſic concipi poterit,ſecundum Spe.in tit.de pa-
roch.nu.3.in verſi.ſi verò agitur.Coram & c.Propono
ego ſyndicus talis monaſterij contra P. quòd tale ca-
ſtrum,vel talis eccleſia cum omnibus ſuis iuribus,ter-
ritoriis & pertinentiis,ad dictum monaſterium vel ca
ſtrum pertinet pleno iure,cuius territoria & pertinẽ-
tiæ protenduntur vſque ad tales fines, & limitantur in
eis vſque ad eos,& quod Abbas & cõuentus dicti mo-
naſterij pertinentias & territoria ipſa,ab antiquo tem
pore poſſederunt,& nunc tenent & poſſident:ſed præ
fatus P. homines dicti caſtri vel eccleſiæ & Abbatẽ ac
conuentum, & eorum nomine laboratores impedire
& moleſtare ſuper poſſeſſione & agricultura, & aliis
auſu temerario præſumit,aſſerens ſibi competere ius
in territorio & pertinentiis ſupradictis in animæ ſuæ
periculũ & dicti monaſterij præiudicium & grauamẽ.
quare peto procuratorio nomine, pro dictis Abbate
& cõuentu dictũ P.ab impedimẽto & moleſtatione hu
iuſmodi compeſci,& eidem monaſterio,vſq; ad prædi
ctos fines & terminos,per veſtram ſententiã adiudica
ri,& eos debere eſſe limites eorum ſententialiter de-
clarari,ac ſuper prædictis territoriis & pertinentiis,&
in eiſdem dicto P.perpetuũ ſilentiũ imponi. Fines au-
tem ſunt hi & c.& adducit c.ſuper eo.de parochi.& c.
peruenit,in fi.xj.q.j.& c.licet in regulis.xvj.q.iij.† Quã- 9
do autem inter duos Epiſcopos fit contentio ſecun-


dum

dum Spe.in tit.de paroch.num.4. formabitur ſic libel-
lus,Coram & c. Præpono ego R. Rothomagenſis Ar-
chiepiſcopus contra Epiſcopum Lexouienſium, quòd
licet eccleſia ſancti Candidi Rothomagenſis ſuper
ſquamam,& parochia eius eccleſiæ,& eccleſia de vil-
la,& tota parochia,ſeu parochię eiuſdem villæ & ec-
cleſiæ,ſeu prioratus ſancti Laurētij in Foreſta de Lun-
da,& decima eiuſdē Foreſtæ,& ipſa Foreſta, nec non
& decima eccleſiæ de Beluagho,& villa, ac parochia
loci eiuſdē infra fines ſuæ diœceſis,ſint ſita, & in eius
diſpoſitione ac poteſtate,de iure conſiſtant,dictus ta-
men Epiſcopus decimas ipſius,& alia iura epiſcopalia
in dictis locis de facto,cùm de iure nequeat, vſurpet,
quare peto in prædictis omnem diſpoſitionem, inſti-
tutionem & deſtitutionem mihi & meis ſucceſſoribus
adiudicari,& eas lege diœceſes eſſe ſubiectas ſubſtan
tialiter declarari, & dicto Epiſcopo & eius ſucceſſo-
ribus perpetuum ſilētium imponi, cum ſibi nullum in
præmiſſis ius competat: peto etiam nomine vel occa-
ſione iuriū epiſcopalium in dictis locis fructus ab eo
perceptos,quos æſtimo quingentas marchias argenti.
& ſecundum Spe. hæc forma colligitur in congrega-
tione ix. extrauaganti, de præſcripti.in c.venerabilis,
& vj.quæſt.j,c.omnes,& de religio.domi.c.cōſtitutus.
10 & c. cum venerabilis, † & vt traditur à Pau. Caſt. in
conſi.cxiij.in cauſa nume,iij. vol. ij. agens narrare de-
11 bet in libello ſe ſolum fuiſſe in poſſeſſione. † Et erit
etiam aduertendum quòd confinium omiſſio vitiaret
libellum ſecundum quòd traditur per Ioan.Bart. Sca-
ram.in conſi.cviij.num. 9. quod reperitur poſitum in-
ter conſilia Bru.& per l.in rem.in princi.& §. fin. ff. de
rei vendi.vnde in libello ſaltem duo fines ſunt deſcri-
bendi, & valet iudicium, licet in eis erretur, vt not.
Gloſ.in l.forma in ver.vicinos.ff.de cenſi.& in l.ſi rem.
ff. de rei vend. & not.Gloſ.in c.ij.de libel. obla.& per
Papien.



Papien.in ſua practi.in for.libel.in actione reali,in ver.
cui cohæret. num.1.& 5. & per Pari. de Put. in c. an ſi
erratum.num.3.de fin.feu. † quia confines falſi cōtra- 12
ctum non vitiant,ſi de re conſtant, l.cum ſeruo. §. fin.
ff.de con.emp.& l.ſi quis in fundi vocabulo. & ibi per
Bar.num.2.& Bal.nu.1.& Imo.& Alexan.nu. 3. & Iaſ.
nu.3.ff.de leg.j.Et erit quoque aduertendū ſecundum
Bar.in l.libellorum.verſi.quæro,volo.nu.9.ff.de accu-
ſa. & ſequitur Deci.in l.ſi teſtamentum.nu.3. C. de te-
ſta. † quòd ſi in libello territorij fines non exprimun- 13
tur,quando delictū vniuerſaliter reſpicit territorium,
quia vicus ſiue villa, ſiue caſtrum habent proprios fi-
nes, niſi eſſent plura caſtra eiuſdem nominis, quia tūc
deberēt cōfinari,vt per Ang.in d.l.ſi in rem.col.j. † ta- 14
men rei qualitas deſignari debet, vt puta,an ſit pratū,
vinea aut terra aratoria d.l.ſi rem, in fin. & in l.ſi quis
in prouinciā.C.de bon.præſcrip.& per Papien.in præ-
allega.loco,nu.2. † Neque actor ſecundū Pari.de Put. 15
in c.diſcernendum.nu.7.de fini. feu. tenetur agri fines
in libello deſcribere,quando à poſſeſſore fines muta-
ti fuere eos euellendo, immò conuentus tenetur eos
indicare,vt habetur per Guli.in l.cogi.ff.de peti.hære.
& per Ang.in d.l.ſi in rem. Vnde in hoc non obſtant di
cta per Barto.in tit.de pace conſtantiæ in verſi.poſſeſ-
ſores,vbi vult, quòd ſi quis neſcit ſuarū poſſeſſionum
fines exprimere,ſibi imputet, † quia nemo debet eſſe 16
incertus quantum poſſideat,l.obligationes.§.fin.ff. de
ver.ſigni. cùm actor in eo caſu poterit dicere ſe igno-
rare fines,& offerre declaraturus in proceſſu cauſæ.ſe
cundum Ioan.And.in addi.ad Spe.in tit.de actio.& pe-
ti.in §.ſequitur.in verſi.item proponens,per d.l.j. §. ſi
in rem.Et ſic dictum Bal.non procedit,quando aduer-
ſarij facto confines ignorarentur. † Neque erit omit- 17
tendum ꝙ ſi quis ſimul ageret pluribus actionibus di-
uerſis,tamen ſimilibus,reo tamen inſtante,cogitur fa-

cere

cere vnum libellum, & vnam inſtantiam de omnibus prædictis actionibus, prout voluit Matheſil. in not. cxviij.incip.not.quòd ſi quis.per l.nõ eſt nouum.ff. de actio.emp.& ibi per Bar. & per l.hæredes.§. de pluribus.ff.fami.erciſcun.& l.cũ duobus.§.ſi plures. ff. pro
18 ſocio. † Illa tamen inſtantia dicitur eſſe diuidua, vnde ſi ſuper vna actione prõũciabitur omiſſis aliis valebit ſentẽtia.vt not.Bar.in l.ſcire debemus.ff.de verb.obliga.ſed ſecus eſſet vbi tam inſtãtia quàm actio vna eſſet tantum, vt puta ſi promiſiſti mihi decem. & illa ante petij, nam tunc ſententia lata ſuper parte erit nulla ipſo iure.l.in hoc iudicio, & ibi not. ff. fami. erciſc. & not.in l.j.C.ſi aduer.rem iud.& Cano.in c.inter vos.de re iudi. & aliqua per Alciat.in tracta. de præſumptio. reg.ij.in verſi.xxxiij. num. 2. Notandum erit etiam ſecundum Fab.in d.§.quædam actiones.nu.36. Inſtit. de
19 actio. † quòd actor debet proponere in libello turbationem à xxx. annis factam de qua agitur, & poſtmodum eam probare, aliàs caderet à iure ſuo, ſi contra eum exciperetur de præſcriptione, Quæ tamẽ ſunt intelligenda in iis confinibus, quæ præſcribi poſſunt, & de quorum præſcriptione infra tractabimus.

## CAP. XLIIII.

1 *Litis conteſtatio eſt initium ſiue exordium iudicij.*
2 *Lis conteſtari debet in finalibus quæſtionibus.*
3 *Lis qualiter conteſtetur.*
4 *Lis conteſtatur per reſponſiones factas poſitionibus.*
5 *Litis conteſtatio quæ dicatur, & qualiter fiat.*
6 *Litis conteſtationis effectus ſunt plures.*
7 *Litis conteſtationis omiſsio uitiat libellum.*
8 *Lite non conteſtata, non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam.*

Nunc



Nunc autem iudiciorum telam texere volentes, de litis conteſtatione erit tractãdum, † quæ ſe- 1
cundum Specu.in tit.de lit.conteſt. in princ. eſt iudicij exordium, ſiue principium per ea quæ habentur in c. ex parte.clij.de verb.ſigni.& c.quicunque.xj.q.iij. & c. ſuper quæſtionum.§.vos autem.de offi. delega. & l. & quia.ff.de iur.omni.iudi. & per Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra, in ver.citationes.in prin.de proba.& licet Gloſ.in c.quoniam frequenter in ver.regulariter. in ver.item cùm agitur finium.vt lit. non conteſta. di-
cat, † quòd in finalibus quæſtionibus non debeat lis 2
conteſtari, tamen veritas eſſe videtur in contrarium, prout voluit Abb.in c. quia indicante.num. 8. de præſcript.reprehendendo Bar.in l.j. C. fini.regund. & ſequendo opi.Gloſ.in l.iij.in ver.huiuſmodi.C. eo. & ibi per Bal.& Pau. Caſtr. idem tenetur. & idẽ voluit Ang. in §.quædam actiones, nu.11.& Iaſ. num. 76. Inſtit. de actio.& Abb.mouetur ratione hac: quia cùm hoc caſu non reperiatur à regulis iuris receſſum, illis erit inſi-
ſtendum. † Lis autem conteſtatur per narrationem, 3
ſeu petitionem factam in iudicio, & reſponſionẽ ſubſecutam, vt inquit Spec.in §.nunc dicamus.de lit. conteſta. Vel lis conteſtatur porrecto libello, & datis iudiciis ad deliberandum, vt per eundem Spe.in §. quoniam eo.tit.& per Guid.Papæ in conſi.clvij.nu. 1. & 2. & late per Gloſ.in pragma.Sanctio.in tit.de cau.in fi.in
verſi.litis conteſtatio. † Et ſubdit Guid.Papæ ibi quod 4
lis conteſtatur etiam per reſponſiones poſitionibus factas, ſcilicet quando poſitiones traduntur poſt libelli oblationem, quia ſi ante libellum traderentur, per reſponſiones eis factas, non fieret litis conteſtatio, & ſic poterit intelligi quod dixit Lanfran. de Orie. in d. c. quoniam contra in verſi. reſponſiones, nume. 5. dum voluit quòd ſola contradictio facta libello, inducat litis conteſtationem, non autem facta

 poſitio

poſitionibus. Vel ſecundum Rober.Maran. in ſuo Spe
cu.aureo aduo.in j. par. incipit decimum & vltimum
5 membrum, nume. 3. † litis conteſtatio eſt principalis
negocij apud competentem iudicem facta narratio,&
ad eam ſecuta reſponſio,per c.j.de lit.conteſta.& ſit li
tis conteſtatio per negationem, vel per confeſſionem
per verbum dubitatiuum factum, vbi per eum num.4.
6 vbi etiam ſubdit nu.9.† quòd litis conteſtationis effe-
ctus ſunt plures videlicet,quia præcluditur via oppo-
nendi dilatorias,& perpetuat actionem , ac conſtituit
aduerſarium in mala fide,quantum ad fructus,& facit
eum eſſe in mora,& maximè in his quæ Iudicis officio
debentur,ac etiam operatur vt ad diffinitiuam ſenten
tiam deueniri poſſit , ad quam ſine ea non poſſet ,&
præſcriptionem interrumpit, & plures alios operatur
effectus,de quibus ſe remittit ad Spe.in tit.de lit.con-
teſta.in §.pen.& fini. & vt habetur per Sozin. in conſi.
7 xcvj.nu.2.vol.j.† Litis conteſtationis omiſſio vitiat li-
bellum per d.c.j. de lit.conteſta. & ſecundum Bart. in
8 auct.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hære.abſti.† ad diffinitiuam
deueniri non poteſt lite non conteſtata.

## CAP. XLV.

1 *Iuramentum calumniæ principali præſtatur, ſi eſt præ ſens, & in eius abſentia procuratori ſuo generali.*

2 *Agenti finium regundorum actione, iuramentum calumniæ præſtatur.*

3 *Iuramentum calũniæ duplex præſtatur actori & reo.*

4 *Actor & reus uterque dicitur in iudicio finium regun dorum.*

5 *Actor dicitur ille qui prouocat ad iudicium.*

6 *Prouocans ad iudicium, ſi non conſtat quis prior fuerit, ſorte dirimendum erit.*

7 *Officium duorũ quãdo quis exercere poterit remiſſiuè.*

*Iuramen*



8 *Iuramentum calumniæ qualiter præſtabitur.*

9 *Iuramentum per partes renunciari non poterit.*

10 *Iuramentum calumniæ tacitè omitti poterit, & proceſſus ualebit.*

11 *Iuramentum calumniæ non excuſat quem à condemnatione expenſarum.*

12 *Iuramentum calumniæ licet excuſet à tacita, & præſumpta calumnia, non tamen ab euidenti excuſat.*

ET † quoniam facta litis cõteſtatione ſatis iuratur
de calũnia,vt voluit Spec.de iura.cal.in prin.& ſi 1
principalis erit præſens iurare tenetur,vel in eius ab-
ſentia procuratori ſuo generale mandatum habenti
iuramentum præſtabitur,vt eſt tex.Gloſ.& Doctor.in
c.in pertractãdis.eo.tit.& Sozin.in reg.ccvij. ideò erit
videndum † ſi agenti finiũ regundorum actione iura- 2
mentum calumniæ præſtandum ſit, & dicas quòd ſic,
& non ſolum actori,ſed etiam reo , per tex. in l. inter
cohæredes.§.qui familiæ erciſcundæ. ff.fami.erciſc.&
per Abb.in c.ex literis.num.9.de proba. † Immò vtri- 3
que duplex præſtabitur iuramentum , videlicet quòd
non calumniosè agit,vel quòd non calumniosè exci-
pit, vt not.Glo. ibi in ver. vices, quam ſequitur Deci.
ſubdẽs quòd vterque dicitur actor & reus per l. iudi-
ciũ cõmuni.ff.fini.regun.& hac ratione,quia hinc inde
fit adiudicatio & condemnatio , & in effectu vterque
vincitur & condemnatur , & hoc prouenit potius ex
natura actionis quàm ex forma petitionis. per Bal. in
l.ij.in verſi.ſed iuxta hoc quæro. C.com.diui. † Et li- 4
cet vterque dicatur actor & reus , tamen ſecundum
Matheſil.in ſing.cx.incip.nota quod in, † ille qui pro- 5
uocauit,actoris partes dicitur ſuſtinere, per l. in trib.
cũ l.ſeq.ff.de iudi.& l.ij.§.in tribus.ff.com. diui. Vnde
vt ipſe dicit iſta procedunt quo ad litis ordinationem,

non autem quo ad litis deciſionem.Et ſic ſi eſſent duo
ordinarij,qui hoc caſu duas ferrent ſententias cõtra-
rias,non prævalebit ſententia lata in illius fauorẽ qui
prouocauit ad iudicium,ſed ambæ ſtarent in pẽdenti,
donec altera eſſet confirmata,vt eſt tex.ſingularis ſe-
cundum eum,in l.duo iudices. ff. de re iudic. & quòd
is qui ad iudiciũ prouocat actor eſſe videatur, voluit
Bertran.in conſi.cclx.num.1.vol.iiij.per d. c.ex literis.
cum ibi not.& habetur per Hiero. Grat. in reſpon.iiij.
6 nu.32.vol.j.† ſi tamen conſtare non poterit, quis pri-
mò prouocauit,ſorte dirimẽdũ erit vt voluit d.Glo.in
d.c.& literis.in ver.vices.& ibi per Abb. Bal.& Barba.
7 nu.36.vbi etiam plura congerit, † quando quis poſſit
duorum officium exercere,& intelligere tamen ſorte
dirimi,quod eſt certum in facto,& dubium in iure ſe-
cundum Iaſ.in l.huiuſmodi.§.ſi is cui.ff.de lega.j. Ad-
uertas etiam vt inquit Specu. in §. nunc dicamus, in
8 verſi.nota tamen.num.3.† quod iuramentum calũniæ
hoc modo præſtabitur,Iuro quòd vtor bona intẽtio-
ne,& bona exceptione,vel quòd iuſtè credo petere &
defendere,& vt traditur per Rober.Maran.in ſuo au-
reo Specu.aduoca.in ij.par.iudicij.incip. primus actus
9 qui ſequitur.in prin. † præſtabitur tam actori quàm
reo, & adeò de ſubſtantia, quòd per partes expreſsè
remitti non poterit, prout etiam voluit Lanfran. de
Oria.in c.quoniam contra falſam.in ver.teſtium.num.
2.de proba.per.l.ius publicum.ff.de pact.& c.ſi diligẽ-
10 ti.de fo.competen. † tamen tacite iuramẽtum calum-
niæ remitti poterit,& proceſſus valebit,vt ibi per Ro-
bert.Maran. vbi etiã ſubdit, quòd Iudex in qua parte
iudicij voluerit,etiam poſt concluſum in cauſa,pote-
rit præſtare iuramentum calumniæ per Bal.in l.j.circa
fin.verſi.ſed nunquid.C.de iura calumn.& per c.j. eo-
dem tit.lib.vj. Neque erit prætermittẽdum quod not.
Lanſran. de Oria.in d. c. quoniam in verſi.expenſæ.
num.



nume.8.† quòd iuramentum calumniæ non excuſat 11
quem à condemnatione expenſarum.per Imol.in c.fi-
nem litibus de dolo. & contu. dicens hanc eſſe com-
munem,& per plura alia per eum deducta.Et vt habe-
tur per Rober.Maran.in præallega.loco, nu.12.† Iu- 12
ramentum calumniæ licet excuſet à tacita & præſum-
pta calumnia, non tamen excuſat ab euidenti, per
Bar.in l.ſi quis.§.Stellionatus.ff. ad Turpil.

## CAP. XLVI.

1 *Poſitiones ſunt formandæ de mente libelli lite conteſtata,& præſtito calumniæ iuramento: & ſi reus negauerit, format & dat articulos ſecundum ſtilum Romanæ curiæ.*

2 *Poſitiones & reſponſiones non poſſunt fieri niſi de his quæ continentur in libello.*

3 *Poſitio eſt breuis narratio factum continens ad eliciendam uarietatem.*

4 *Poſitio dicitur etiam pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit aduerſarium reſpondere.*

5 *Poſitio reſpicit ſolam partis confeſſionem, & fit per uerbum ponit.*

6 *Poſitiones faciens cenſetur fateri id quod ponit, & non poterit eas reuocare,niſi doceatur de errore.*

*Con feſſio ponenti præiudicat,ſiue ſit ſcripta, ſiue non: quæ tamen concluſio limitatur.*

8 *Poſitionẽ facere uolens debet habere libellũ præ oculis.*

9 *Poſitionibus quibus non erit reſpondendum.*

10 *Contumacis pœna in reſpondendo poſitionibus non tranſiret in hæredem.*

11 *Poſitioni inepti libelli non reſpondens, non habetur pro confeſſo.*

12 *Sententia declaratoria requiritur ad hoc, ut non reſpondens poſitionibus habeatur pro confeſſo.*

*Poſitiones*

13 *Poſitiones inuentæ ſunt, ut quis releuetur ab onere probandi.*
14 *Poſitiones qualiter fieri debeant per actorem.*
15 *Poſitiones qualiter per reum fieri debeant.*
16 *Poſitionum fiendarum alia forma.*
17 *Poſitiones non debent fieri contrariæ petitioni.*

1 ET † ſecundum Spe. in §. nunc videndum in prin. teſte curia Romana ſeruat, vt lite conteſtata, & præſtito iuraméto calũniæ actor ſuas formet poſitiones, quas facit de méte libelli, & ſi reus negauerit format & dat articulos ad inſtar poſitionum in ſcriptis, & quidé breuiſsimè expediri volétes dicunt, ſic, Ponit P. & probare intendit & c. & tunc poſitiones negatas
2 dant pro articulis. † & quòd poſitiones & reſponſiones non poſſint fieri niſi de his quæ in libello continétur, aliàs dicerentur impertinétes, voluit Lanfran. de Oria. in c. quoniã contra falſam. in ver. petitiones.
3 num. 21. de proba. † Et poſitio eſt breuis narratio factum continens, concepta ad eliciendam veritaté. vt voluit Spec. in §. j. de poſitioni. & Lanfran. de Oria. in loco prædicto. in verb. reſponſiones. nu. 5. & Robert. Maran. in ſuo Specu. aureo aduoca. in ij. par. in prin. in-
4 cip. quartus actus. nu. j. Vbi ſubdit † etiã, quòd poſitio dicitur pars intentionis, continens id ſuper quo quis
5 petit ab aduerſario reſpõderi. † Et poſitio reſpicit ſolum partis confeſſionem, & fit per verbum ponit, & ad effectum vt ponens releuetur ab onere probandi
6 ſi pars confiteatur, & ibi in nume. 6. dicit, † qui facit poſitionem, cenſetur fateri illud quod ponit, per
7 Alex. in conſil. lxxj. col. j. in iij. vol. † & non poterit talem confeſſionem reuocare, niſi doceat de errore, & talis confeſſio ponenti præiudicat, ſiue ſit ſcripta ſiue non, vt per Specu. in §. x. in verſi. quid ſi actor. nume. 2. & in verſi. item ſi ponens. nume. 8. de poſitio. quæ



quæ tamen concluſio limitatur pluribus modis vt ibi per eum. † Et ſecundũ Lanfran. de Oria. in d. verſ. re- 8
ſponſiones. nume. 6. volens facere poſitionem debet ſemper habere libellum prę oculis, quia poſitioni impertinenti non erit reſpondendum, & dicitur impertinens quæ non facit ad cauſam, & qui non intelligit libellum, neſciet facere poſitiones, per Bal. in l. ij. §. quod ſi actor. C. de iur. calum. † Et ſimiliter ſecundũ 9
Rober. Maran. in ſupra allegato loco non erit reſpondendum poſitioni contrariæ, vel cõtinenti factũ alienum, aut poſitioni iuris, ſeu captioſę vel negatiuę, aut ſimplici, ſeu criminoſæ. † Et ſi contumax in reſpon- 10
dendo moreretur ante ſententiam latam, talis pœna non tranſiret in hæredem, † vel ſi non reſponderet 11
poſitioni, quando libellus eſt ineptus, non haberetur pro confeſſo. † Et ad hoc vt quis non reſpondés po- 12
ſitionibus habeatur pro confeſſo, requiritur ſententia declaratoria, quia ex non ſola reſponſione quis non habetur pro confeſſo, vt ibi latius per eum in num. 17. 18. & 19. † Et poſitiones vt habetur per Specu. in d. 13
titu. de poſitio. in prin. inuentæ fuere, vt partes per eas reuelentur ab onere probandi. itaque pręſtito calumniæ iuramento ſtatim debet dari terminus ad faciendum poſitiones, quæ ſecundum Specul. in §. ſequitur vide. nume. 4. de iudi. † per actorem hoc modo ſunt 14
faciendæ: Pono quòd tale prædium eſt meum, vel ius habeo in eo, quia ſum vſufructuarius, vel creditor, vel habeo in emphyteuſim, item quòd eſt ruſticum & confine prædio tuo, & quòd immediatè illi adhæret: item quòd fines eius prætendunt vſque ad talem locum, & tu occupaſti fines illos: item quòd volebam ponere, ſiue diſtinguere prædij mei fines, & quòd ſic prętédebantur, ſed me prohibuiſti: item ꝙ terminos, puta talem arborem vel lapidem remouiſti. † reus 15
verò ſic poterit poſitiones facere, Pono quòd prædium

dium cuius nomine me impetis eſt vrbanum, & eſt
pleno iure meum vſque ad talem locum & ita inclu-
datur locus de quo iſte vult agere:item quòd propria
16 autoritate occupaſti fines, quos tuos dicis, † vel &
alio modo ſecundum Bar.in l.demonſtratio.in fi.prin.
ff.de condi.& demon.poterit fieri vna poſitio, videli-
cet quòd fundus olim poſitus iuxta tales fines,& fun-
dus qui eſt hodie iuxta tales,eſt idem fundus, & tunc
hoc probato habebis intẽtum,aliàs non obtineres, &
de facili totus proceſſus periclitari poſſet,per litem,l.
Pomponius.§.pen.ff.de rei vendi.& iſtam Bar. doctri-
nam ſequitur Fely.in d.c. cum cauſam, nume. 13. de
17 proba. † Et poſitiones formandæ erunt, vt fundent
intentionem ponentis conſiderata natura propoſitæ
actionis: & caueas à poſitionibus petitioni tuæ con-
trariis, vt monet Spe.in §.v. nume.16.de poſitioni.vbi
plura congerit ad propoſitum.

## CAP. XLVII.

1 *Articuli ſiue capitula appellatur illa ſcriptura, quæ elicitur ex petitione, & ſuper qua examinantur teſtes, & quæ producitur poſitionibus negatis.*

2 *Articulus continet partis intentionem, quam quis probare vult per teſtes uel ſcripturam.*

3 *Articulans non cenſetur fateri id quod deduxit in articulis.*

4 *Articuli qualiter ſint formandi in iurgiis finalibus per actorem.*

5 *Articuli qualiter per reum ſint formandi in litibus finalibus.*

6 *Articuli qualiter fieri debeãt, quãdo fines ſunt mutati.*

7 *Articulandum erit fines probari poſſe, per famam & per teſtes, & iſta cautela erit notanda.*

8 *Aduocatus contra quem fiunt articuli, quando ſuſpica-*
*tur ad*



*tur aduerſarium poſſe probare de proprietate, qua cautela uti debeat.*

9 *Antiquior poſſeßio ſine titulo, præfertur iuniori habenti titulum, dummodo titulus fuerit quæſitus per antiquiorem poſſeſſorem.*

10 *Articuli qualiter fieri debeant, quando uniuerſitas uult probare eius homines ſuo nomine poſſediſſe.*

SVcceſſiuè ſequitur videre de articulis qui produ-
cuntur poſitionibus negatis per reum, & ſuper
quibus vt inquit Spe.in §.nunc videndũ.in prin.de te-
ſtes, † erit ſciendum,quòd producẽs teſtes,ſuam pe- 1
titionem,ex petitione elicitam dare debet in ſcriptis,
ſuper qua teſtes examinentur, & illa ſcriptura appel-
latur quandoque articuli, quandoque capitula, & in
pleriſque locis vocatur intentio,& aliquãdo aſſertio-
nes c.fi.de teſti.& c.cauſam quæ el.ij.& c.per tuas, &
c.fraternitatis,& c.ex parte,in fi.eo.tit.& c.accuſator.
vj.q.vlt. † Et articulus vt inquit Rober.Maran.in ſuo 2
Spe.aureo.aduo.in ij.par.incip.quartus actus.nu.1.eſt
pars intẽtionis continẽs id quod quis probare intẽdit
per teſtes, vel ſcripturas. & articulus fit per verbum
probare intendit,& reſpicit probationes faciẽdas per
teſtes vel ſcripturas in caſu in quo poſitiones negan-
tur,vnde erit ordo,vt fiant prius poſitiones, & ad eas
producendas detur vnus terminus, & poſteà detur
vnus alius terminus ad producendum articulos. & ibi
nume. 2. dicit capitulum eſſe nomen magis generale
quod poteſt cõprehendere vtrunque,ſcilicet poſitio-
nem & articulum. & ibi nu. 7. vult † quòd ille qui ar- 3
ticulat non cẽſeatur fateri id quod deduxit in articu-
lis per Bar.in l.ij. §. quod obſeruari. C. de iura.cal. &
per Bal.in l. ſicut, in fi.C.de repu.hære.& per Abb. in
c. cum venerabilis.in fin. de except.& Alex.in conſil.
lxx.col. pen.verſi.præterea.in ij.vol.& vt dixi articuli
produ

producuntur quando reus poſitiones negauit, & formantur ad inſtar poſitionum:& quidã volẽtes ſe breuius expedire,poſitiones negatas dãt pro articulis,& eodem modo reus format & dat in ſcriptis poſitiones & articulos, ſuper eo quod ad ſuam defenſionẽ probare intendit,vt habetur ibi per Specul. nume.1 & 2.
4 † & in controuerſiis finalibus ſecundũ Bar.in tract.de teſti.in verſi.hanc eandem.nume.28. articuli ſic erunt formandi,videlicet,vt ponas & probes quòd talis fundus cuius olim erant tales cõfines, & talis fundus cuius hodie confines ſunt tales,eſt vnus & idem fundus: & ſi teſtis dixerit hoc eſſe verũ,& pro cauſa adiacerit, quia vidit,olim illos fuiſſe poſſeſſores dictorum fundorum, qui pro finibus apponuntur, nunc verò videt poſſideri ab iſtis,ſanè deponit, non enim de rerũ dominio diſputatur, & ideò ſufficit quòd teſtis aliquid dicat, propter quod illi fines denominati fuiſſent. & hanc Bar.doctrinam videtur ſequi Pau. Caſt.in l. ſucceſſionum.C.fin.re. & in l. j. C. ſi vnus ex pluri. appel. dum dicit articulandum eſſe, prædium quod tu poſſides eſſe illud idem quod in inſtrumento cõtinetur,& quod olim habebat tales cohærentias, & hodie non quia ſunt mutatæ.& deducit ad hoc Bar. in l. demonſtratio in l.ſi.ff.de cõdi.& demon.& ibi idẽ tenet Pau. Caſtrenſ.in nume.7.& in conſi. cxviij. in cauſa .nume.
5 3.vol.ij.† vbi dicit quòd debet fieri per reum vnus articulus, quòd paſcua compræhenſa intra confines in articulis deductos, ſunt illa eadem, quæ continentur intra confines deductos in articulis actoris. per Bart. in l.ij. C.de erro. aduo. vel reus debet deducere illos eoſdem cõfines quos deducunt agentes in eorum articulis.& in conſi.xcviij. ad primum. nume.5. eo. vol.
6 † dat cautelam quòd fiat articulus, ſi mutati ſunt cõfines,quòd talis poſſeſſio quã nunc habet talis,eſt eadem cum illa quã inſtrumẽti tempore habebat talis & tales



tales confines in inſtrumento contentos, per d.l.demonſtratio,ſed quando non omnes ſunt mutati, non expedit dictos articulos facere, & idem voluit Paris de Put.in c.pone.quòd dominus, in ſi. de fini. feu. & in c.ſi dicatur,in ſi.eo.tit. Notãdum erit etiam ſecundum
Barba.in c.cum cauſam, nume.7.de proba. † quòd ad- 7
uocati vti debent hac cautela, vt articulent confines probari poſſe per famam, & per teſtes, & ſi ageretur interdicto vti poſſidetis,tunc Bar.in l. ſi de eo.§.fin.ff. de acqui.poſſeſ.quem ſequitur Alex. in conſi. lxxxviij. quoniam omne datum.in verſi.ſed præmiſſis.num. 18.
vol.v. † dat aliam cautelam,ad formandum articulos, 8
& dicit quòd aduocatus contra quem fiunt articuli, ſi ſuſpicatur aduerſarium probare de proprietate vt ipſe faciat poſitiones & articulos, quòd ipſe poſſidet clam à te reſpectu poſſeſſionis,ſi enim diceret quod poſſideret clam ſimpliciter,nihil probaret,quia ſicut ſimplex condictio in dubio intelligitur reſpectu proprietatis, vt l.ſi rem aliquam,in ſi.ff.eo.titul. ſic in dubio ille qui poſſidet clam,intelligitur reſpectu proprietatis,niſi dicas expreſsè ꝙ poſſidet clam, reſpectu poſſeſſionis,
aliàs perderet,& ibi Alex.ſubdit.quòd † in interdicto 9
vti poſſidetis,ille obtinet,qui docet de antiquiori poſſeſſione ſine titulo, etiam ſi aduerſarius doceat de iuniori poſſeſſione cũ titulo,dummodo ille titulus fuerit acquiſitus poſt illam antiquiorem poſſeſſionẽ per Bal.in diſputa.ſua incip.accuſatus de vi turbatiua. col.
pen.arg.l.ſi fundus.ff.de fun.dota. † Et ſi vis ſcire,qua 10
liter articuli fieri debeant quando vniuerſitas vult probare homines vniuerſitatis poſſediſſe paſcua & nemora eius nomine vide Deci. in conſi. ccxxj. & dicam infra in cap.lxxij.incipit non ab re.

## CAP. XLVIII.

1 *Actore non probante, reus abſoluitur, & ſic reo ne-*

*gante actori incumbit onus.*

2 *Actor & reus uterque dicitur in finium regundorum iudicio, & ideo utraque pars probare debet de ſua poſſeßione & de iure ſuo.*

3 *Reus in aliis iudiciis non tenetur quicquam probare.*

4 *Prouocatus ſi inſtat ut termini antiquitus poſiti obſeruentur, tunc uterque probabit de proprietate, cum in ea uterque ſit actor & reus.*

5 *Prouocatus ſi nihil petit, ſed negat tantum petita per actorem, & tunc non tenetur aliquid probare.*

6 *Actore non probante in iudicio finaliũ reus abſoluitur.*

7 *Rei ſunt potiores data iurium obſcuritate, & probationum paritate.*

8 *Iudex in iudicio controuerſiarum finalium non poterit pronunciare uti poßidetis ita poßideatis.*

1 ET vt omnibus notum eſt † actore non probante reus abſolui debet.l.qui accuſare.C.de eden.& l. actor quod aſſeuerat.C.de prob.& c.accuſator. vj.q.v. & iiij. q.iij. ver. qui intendit, ideò erit declarandum vtrum hoc iudicium finium regundorum ſit in hoc ab aliis iudiciis diuerſum,& ſecundum not.per Abb.in c.
2 ex literis,nu,10.de prob.dicas quòd ſic, † quia vterq; dicitur actor & reus,l.iudicium communi diuidundo. ff.fini.regun.& l.in tribus.ff.de iudi.& propterea vtraque pars debet de poſſeſſione ſua probare, & de iure ſuo,vt per Lauren.Calca.in conſi.xc.quia iſta quæſtio. nu.2. † In aliis verò iudiciis ſecus eſſet, quia reus non tenetur aliquid probare,niſi velit,ſi verò vnus tantum
4 poſſidet,& alius dicat per vſurpationem, † & tunc ſi prouocatus inſtat vt termini antiquitus poſiti obſeruentur,tunc vterque probabit de proprietate, cùm in ea vterque ſit actor & reus. vel ſi ille qui poſſidebat præſcriptionem allegaret, tunc in ea probanda erit
5 actor, † Et quandocunque prouocatus nihil petit,ſed negat



negat petita per actorem, & tunc credit quòd neceſſario non teneatur aliquid probare,prout etiam ſentire videtur Bertrand.in conſi.cclx num.2. vol. iiij. dicens in iſta materia,† quòd reus abſoluitur actore non pro 6
bante,per d.l.qui accuſare.& l.fin.C. de rei vendi. & l. negantes.C.de actio.& oblig. & c.inter dilectos. circa fin.de fid.inſtru.& c.fin.de iure iur.& c.vnico.vt eccleſiaſt.beneſi.† Immò data probationum paritate,& iu- 7
rium obſcuritate ipſi rei debent eſſe potiores, dicto cap. ex literis,& quod ibi not.Gloſ.& Doct.& cap.regula,cum ſint partium,& quod ibi not.de regu. iur. in vi. † Et in hoc iudicio finium regundorum, non pote- 8
rit iudex dicere vti poſſidetis ita poſſideatis, ſecundum Par.de Puteo in c. qualiter. nume. 13. de fin. feu. quia in iſta ſententia nihil continetur. oportet ergo quòd iudex diſiniat ſecundum Bald. in conſi. ccccxx. qualiter probentur pertinentiæ. volu. j. & in l. iiij. C. fin.regundor.

## CAP. XLIX.

1 *Iudex ſtatuat terminum partibus eius arbitrio, quando ponentis intentio non erit probata.*

2 *Dilatio omnis ad probandum de iure communi & iudicum arbitraria.*

3 *Dilatio legalis ex cauſa à Iudice abreuiari uel prorogari poteſt.*

4 *Dilatio omnis ad probandum eſt peremptoria de iure communi.*

5 *Dilatio omnis probatoria, licet ſit peremptoria de iure communi, tamen nonopliciter fallit.*

6 *Teſtes citati ſi iurauerint in termino, poſſunt examinari poſt terminum.*

7 *Teſtes in termino dato ad probandum, & probatum habendum, non poſſunt examinari termino elapſo.*

ET licet ſupra in c.xlv.& in præcedenti concluſum fuerit quòd in finalibus quæſtionibus vterque dicatur actor & reus & vterque teneatur probare, & quòd ille qui prouocat ad iudicium erit actor, & reo negante actori incumbit onus probandi id quod dicit per iura ibi allegata.
1 † Si ergo per reſponſionem ad poſitiones non erit ponentis intentio fundata, iudex ſtatuet terminum partibus quindecim dierum, & plus & minus eius arbitrio pro prima dilatione ad probandum quod probare intendit. vt not. Specu. in rub. de proba.in princ. & ideò de dilationibus videndum erit & vt habetur per Robert. Maran. in ſuo aureo Specu.
2 aduoca.in ij.par.incip.tertius actus, num. 15. † omnis dilatio ad probandum de iure communi eſt iudicium arbitraria.habito reſpectu ad loci diſtantiam,& ad perſonarum, & cauſarum qualitatem, quia tunc poterit breuior aut longior.dilatio aſſignari per Spe.in §.nunc de tempore.in fi.& in §. fi. in fin.de citatio. & eſt text. Bar.& Doctor.in l.j.C.de dila.& in c.quo ad conſulta-
3 tionem.de re iudi. † Immò ſecundum eum ibi nu. 16. poterit dilationē legalem ex cauſa abreuiare aut prorogare,per Abba.in c.cùm ſit Romana. nu. 10. de appella.& per Alex.& Doctor.in l.ij.ff.de re iudi. quia dilationum materia plenè tractatur per Spe.in tit.de dilat.& per doctor.repetentes in rub. eo.tit.ad eos te remitto:& hic breuiter referam nonnulla notatu digna, quæ tradūtur in præalleg.loco à Rober.Maran.in nu.
4 2.cùm pluribus ſeq. † Et vt ibi dicitur, omnis dilatio probatoria de iure communi eſt peremptoria. & ideò vnica tātùm dilatio poterit dari. & licet in aſſignatione termini nō apponatur verbum peremptoriè,tamen ſubintelligitur ex iuris diſpoſitione, vt per Alex. in l. fin.& communiter ibi per Doctor.ff.de feriis.& plures
5 ad hoc congerit. † Iſta tamen regula ſecundum eum nonopliciter limitatur, videlicet,quando extaret impedimen



pedimentum in prima dilatione, quia tunc daretur ſecunda:vel quando elapſa prima dilatione,ſuperueniſſent nouæ probationes litiganti,quia poterit dari alia dilatio ad illas producendas:vel poterūt aſſignari plures dilationes quando cauſa in principis conſiſtorio examinatur:vel aſſignatur alia dilatio ei, qui aduerſarij facto impeditus fuiſſet, & habuit primam dilationem:vel noua dilatio aſſignatur actori, quādo aliquid addidit libello:vel per eum noua actio cumulatur, vel noua dilatio poterit peti,quādo in iudicio noua emergit exceptio, aut aliud emergens, quia tunc concedi debet ad probandum illud, quod erit ſuper nouo emergenti. vel ſi noua dilatio concederetur, vtraque parte non contradicente, quia de ambarum partium conſenſu cenſeretur cōceſſa & valeret. & ideò debet pars ſemper contradicere,quando aſſignantur dilationes præſentibus partibus,& non contradicētibus, vel ſi dilatio aſſignaretur abſenti,non curreret, niſi à die notificationis ei factæ. Vltimo ſecundum eum ibi nu. 17.ſecunda dilatio & abſque cauſæ cognitione concedi debet,quando per iudicem ſine cauſa aſſignata fuit breuior dilatio,quàm à lege conceditur, & litigans contradixit,& proteſtatus fuit, quia illa ſecunda non videtur noua dilatio,ſed potius reintegratio, & ſuppletio primę dilationis,per Imol.in c.vltra primam.de teſti.& per Bar.in l.j.in fi.C.de dilatio.& Iaſ. in l. fi. ff. de feriis.† Erit etiam notandum ſecundum eum,in nu. 6
19.quod quando terminus fuit aſſignatus ad probandum,teſtes examinari poſſunt poſt terminum,ſi tamen citati iurauerūt in termino vt per Abba.in c.licet cauſam,de proba.& Ludo.Rom.in conſi.ccccxliij. ſed erit ſecus,quando conceditur terminus ad probandum & probatum habendum, quia tunc teſtes in termino, & non poſt terminum examinari debent, licet in termino iuraſſent ſecūdum Abb.in d.c.licet cauſam, & Sozin.in

zin.in conſi.xlvij.colum.iiij.vol.iiij.

## CAP. L.

1 *Probationes fieri poſſunt per uocem uiuam & mortuam.*

2 *Probatio exacta non requiritur in probandis confinibus antiquis.*

3 *Probatio talis qualis ſufficit in probandis confinibus.*

4 *Probationes leues admittũtur in probandis confinibus.*

5 *Probationes minus perfectæ requiruntur in probandis confinibus.*

6 *Probatio ſemiplena & minor obtinet uim plenæ probationis in antiquis.*

7 *Probationes leuiores, faciliores, ac præſumptiones coniecturales & indicia ſufficiunt in probandis confinibus antiquis.*

8 *Probatio ſemiplena ſufficit in probandis confinibus, & probantur per coniecturas & argumenta.*

9 *Probationes minus integræ admittuntur, ubi eſt difficilis probatio.*

10 *Probatio præſumpta probat confines, ubi eſt difficilis probatio.*

11 *Teſtes qualiter debeant deponere, ſuper iis de quibus non eſt memoria initij.*

1 ET quia † probationes fieri poſſunt per vocem viuam, vt per teſtes, & per mortuam vocem, vt per inſtrumenta, priuilegia, libros antiquos, cataſta, literas ſcriptas in lapidibus, per famam, ac per alias ſcripturas, erit ergo de ſingulis per capita diſcutiendum: & primò vt rectè omnia atque ordine fiant, videamus de probationibus per teſtes fiendis in probandis confinibus. Et quia diuerſimode fieri poſſunt, ideò vnaquæque ſpecies declaranda venit, & aduertendum
2 erit, † quòd in probandis confinibus maximè antiquis



quis probatio exacta non requiritur. vt eſt text. Gloſ. & Doctor. in c. cum cauſam. de proba. & idem videtur ſentire Corne. in conſi. cccxxxiij. capio. nu. 3. vol. j. & Sozin. in conſi. lxxxvj. nume. 4. vol. j. & in conſil. lxvj. nume. 2. vol. ij. vbi dicit communem eſſe opinionem,
† quòd in probandis confinibus ſufficiat talis qualis 3
probatio, licet non ſit omninò plena. Ad idem quod voluit Gemi. in conſil. in ver. in quo quidem libro, nu.
2. † vbi dixit, quòd in probandis confinibus prouin- 4
ciarum, diœceſum, & territoriorũ admittuntur leues probationes, propter difficultatem, per d. c. cum cauſam: & per Glo. in c. cum olim. de cenſi. Et ſimiliter di-
cit Barba. in conſil. vj. & quidẽ viſo. col. ij. vol. ij. † pro- 5
bationes minus perfectas requiri in probandis confinibus. Et facit quod tradidit Bertran. in conſ. clxxj. nu.
5. vol. iij. vbi habetur, † quòd in antiquis illa quæ aliàs 6
eſſet ſemiplena probatio & adhuc minor tamen vim obtineat plenę probationis, & dominiũ antiquiſſimum per talem probationem probatur, & vt voluerunt Bartho. Caſſen. in conſi. xv. nu. 18. & Aymo. Craue. de antiqui. tempo. in j. par. in ſectione viſo. de fama, num. 31.
† Probationes leuiores ac faciliores, & præſumptio- 7
nes coniecturales, indiciáque ſufficere, in probandis confinibus per l. cenſus & monumenta ff. de proba. & l. quod ex literis. ff. de bono. poſſe. contra tab. & Pariſ. in conſi. xxvij. nu. 15. & in conſi. ciiij. nu. 14. & in conſi.
cvij. nu. 7. & 8. vol. j. not. † confines per coniecturas & 8
argumenta probari. & quòd in probandis confinibus ſufficiat ſemiplena probatio voluit Sozi. in cõſ. lxxxvj. & lxxxix. nu. 5. vol. j. & poterit eſſe ratio ſecundũ Abb. in c. cum olim, & in c. ſuper eo. nume. 3. de parochi. & Guid. Papæ in conſi. lxxxviij. num. 2. & Corne. in conſi.
cxlij. videtur prima. in prin. vol. iij. † quia vbi ſunt res 9
multum antiquæ, difficilis eſt probatio, & vbi cadit difficultas probationis admittuntur probationes minus

 nus

nus integræ.vt habetur in c. tertio loco, de proba. & in c.illud, de præſumptio.& in l. conſenſu, de repu. &
10 per plura alia ibi per eum deducta. † Et ſubdit quòd relaxatur legitimus probandi modus, vbi eſt difficilis probatio propter temporis diuturnitatem, per not. per Bal. in auct. ſi quas actiones. C. de Epiſco. & cler.
11 † Et ad idem facit quod tradidit Floria. in l. in finalibus.ff.fini.regundo.vbi vult quòd in his in quibus initij memoria non exiſtit, ſi teſtes deponerent, quòd tales fines ita fuerunt obſeruati, facerent plenam probationem, per l.j.ff.de aqua.plu.arcen.

## CAP. LI.

1 *Teſtes de auditu in antiquis probant confinia.*

2 *Teſtes deponentes ſuper his de quibus propter uetuſtatem de uiſu deponere non poſſunt, qualiter probationem faciant.*

3 *Teſtes deponentes ſuper his quæ memoriam hominum excludunt qualiter debeant deponere.*

4 *Teſtes qualiter deponere debeãt memoriam hominum non extare.*

5 *Teſtes de uiſu & auditu, debent affirmatiuè deponere, & non negatiuè.*

6 *Teſtes deponere debẽt nos uidimus hoc opus ſic factum eſſe, & ſic & ita nos audiuimus, à prædeceſſoribus noſtris.*

7 *Probatio per auditum in antiquis memoriam hominum excedentibus ſufficit.*

8 *Teſtibus de auditu deponentibus in antiquis non adhibetur plena fides quando ab uno tantum authore originem habuiſſent.*

9 *Teſtibus de auditu deponentibus non adhiberetur in antiquis plena fides, quãdo non nominarent à quibus audiuiſſent.*

Teſtes



10 *Teſtes à quacunque parte producantur, debent deponere de facto utriuſquepartis, aliàs non probarent limites.*

Alio † etiam modo confines antiqui probari poſſunt vt per teſtes de auditu, qui faciunt ple- 1
nam probationem ſecundum Abba in c.cum cauſam, in princi.de proba. & ibi per Deci.num.2. & per Bart. in tracta de teſti.in ver.hanc eandem.nume.28. † vbi 2
etiam ſubdit teſtes deponentes ſuper his de quibus propter vetuſtatem de viſu deponere non poſſunt, probationem facere, & ſi dicent à ſuis antiquis fide dignis audiuiſſe, quòd talis fundus qui pro fine apponitur, iam fuiſſet Titij, & poſteà deueniſſet ad alios gradatim nominãdo ſingulos, vſque ad eum qui nunc poſſidet, & ſufficit ſi dicãt hanc eſſe circumcolentium opinionem. Vel ſecundum Ant. Capy.in deciſio.cxcij. in cauſa terminata. † teſtes deponentes ſuper his quæ 3
memoriam hominum excedunt: debent ita deponere, nec vidiſſe cùm id opus fieret, nec ex his audiuiſſe qui id vidiſſent, aut audiuiſſent, vel ſecundum eum Gloſ. in c.cum à nobis. in verſi.centum annorum, de præſcrip. vult quòd teſtes dicant ſemper audiuiſſe à ſuis maioribus, & quòd nemo ſit, qui viderit aut audiuerit aliud. Vel & melius teſtes debent deponere, ſi talem tamen habeant conſcientiam quòd ſemper viderunt & audierunt ita eſſe, nec vnquam viderunt, aut audierunt contrarium, & quòd communis eſt & fuit opin.quòd ſemper, ſic fuerit, & quòd non extat contrarium, vel initij memoria: † & ad probandum 4
memoriam non extare in contrarium, teſtes debent neceſſariò deponere, quòd communis opinio eſt memoriam non extare in contrarium: & hanc opin. videtur etiam ſequi Rapha.Cuma.in conſil. lxxij. num. 2. verſi. ad ſecundum. ſubdens † teſtes deponentes 5
H 5 de au

de auditu & viſu, debere affirmatiuè deponere, non
autem negatiuè de communi opinione, per tex. &
Gloſ.magnam in l.ſi arbiter.ff.de proba.& in l.in ſum-
ma.§. item labeo, el.ij. ff. de aqua plu. arcen. & per
Inno.in c.quid per nouale,& in c.veniens. de verb. ſi-
gni.& per Spe. in §. j. ver. vltimo quæritur de proba.
Et ſimiliter dixit Guid.Pap. in q. cxciij. in verſicu. ſe-
6 ptimo,† quòd teſtes ſic deponere debēt,nos vidimus
hoc opus ſic factum eſſe, & ſic & ita à prædeceſſori-
bus noſtris audiuimus. per Gloſ.& Bart. in d. §. item
7 labeo, † & quòd in antiquis memoriam hominum
excedentibus probatio per auditum ſufficiat, quia
probatio per viſum eſt impoſſibilis, voluit Corne. in
conſi. cxlij. videtur prima.in prin. vol.iij. per ea quæ
habentur in l.ſi.C.de ſacroſanct.eccle.& ſimiliter vo-
luit Corne. in conſi. cccxxxiij. capio.nume. 22.vol.j.
per c.licet ex quadam de teſti. & per c. j. & Gloſ. in
ver.memoria. de præſcript. in vj. & eandem opin. te-
net Paris de Puteo in ca.quia in memoria nume.5. de
fini.ſeu & Sozin. in conſi. lxxxix.num.2. vol.j.& Deci.
8 in conſi. cccxxj. nume. 8. † Limita tamen prædicta
non procedere,quando teſtes de auditu originem ha-
buiſſent ab vno tantum autore, quia tunc eis non eſ-
ſet credendum, vt habetur in d.c.licet ex quadam. in
Gloſ. in ver.ab vno, & per Barba.in c.ex literis num.
9 39 de proba. † Limita etiam prædicta, quando teſtes
non nominarent à quibus audiuiſſent ſecundum Ay-
mo Craue. de antiqui depo.in j. par. in ſectio. viſo de
fama.nume.12.per not.in d.c.licet ex quadam.Notan-
dum erit etiam ſecundum Specu.in tit.de iuramen.ca-
lum. in §. nunc dicamus. in ver. notandum. nume. 3.
10 † quòd teſtes à quacunque parte producantur de-
bent perhibere teſtimonium de facto vtriuſque par-
tis, aliàs non probarent limites eſſe communes.

C A P.



## CAP. LII.

1 *Iuriſdictionis confines, & iuriſdictio probatur per teſtes ſingulares*

2 *Teſtis probans de uno actu iuriſdictionis, & alter de alio actu facit probationem.*

3 *Iuriſdictionem exercens præſumitur dominus illius loci in quo exercet.*

4 *Iuriſdictionis confines probantur per furcarum erectionem & delinquentium capturam, & per citationem factam in tali loco, ſecuta citatorum comparitione.*

5 *Iuriſdictio & caſtri poſſeſſio probatur, præcipiendo, mulctando, & faciendo banna, uel per cuſtodias locorum.*

6 *Iuriſdictionis dominiũ probatur per cuſtodias locorũ.*

7 *Solutio cenſus facit præſumere illum eſſe dominum cui ſoluitur.*

8 *Solutio cenſus & gabellarum, probat fines uel iuriſdictionis poſſeſſionem.*

9 *Solutio præſumptionem facit, ut res pro qua aliquid ſoluitur ſit iuriſdictionis illius terræ cui ſoluitur.*

10 *Iuriſdictionis fines probantur per tacitas uel expreſſas partium aſſertiones.*

11 *Fines probantur etiam per arbitrum ſententias, uel iudicum,& redituum perceptionem.*

12 *Conſuetudo indicat maiorem partem quod quid eſt.*

13 *Confines probantur non ſolum per partium aſſertiones, ſed etiam dominorum locorum.*

14 *Venditoris aſſertioni ſtandum erit circa terminos poſitos, ſi non habet intereſſe.*

15 *Confines probantur etiam per uoluntatem patris familiàs in eius uita declaratam.*

Confi

*16 Confines probantur ſi teſtes dicant communem opinio nem ita eſſe.*

1 ALiter † etiam probantur iuriſdictionis fines, &
iuriſdictio vt per teſtes ſingulares videlicet, ſi
vnus deponat de vno iuriſdictionis actu, & alter de
alio actu per Bal.in l.C.de teſta.vnde Lãfran.de Oria.
in c.quoniam contra,in verſicu.teſtim.nu. 39. de pro-
2 ba.voluit † quòd ſi vnus teſtis dicat tale caſtrum ha-
bere merum imperium, & interrogatus reſpondeat
ſcire,quia vidit illius loci officialem feciſſe decapitare
vnum in tali loco, & alius teſtis dicat quòd vidit in
eodem loco dictum officialẽ ſuſpẽdere feciſſe vnum,
ex eorum enim depoſitionibus reſultabit probatio,
3 per Inno.in c.qualiter,el.ij. de accuſa. † & ſic ratione
exercitij iuriſdictionis ille locus præſumitur illius eſ-
ſe qui iuriſdictionem exercet ſecundum Abba. in
conſil. lxij. nume. 18. vol. ij. & Alber. Bru. in conſil.
4 xxxiiij. nume. 6. vbi ſubdit † fines probari per furca-
rum erectionem,vel delinquentium capturam, & per
citationem factam in tali loco, ſecuta poſt modum
citatorum comparitione, & idem voluit Felyn. in c.
cum cauſam. de proba. per c.licet.eo. tit. & c. dilecto
5 de offi.archi.† Iuriſdictio etiã & caſtri poſſeſſio pro-
batur præcipiendo,mulctando, & faciendo banna vt
tradit Barba.in conſi.xvij.clarè præſcriptum.col.xxvj.
vol.ij. Vel etiam probatur per cuſtodias locorum, vt
habetur per Guido. Papæ in q. cxciij. in verſi. quarto
per.l.in nomine Domini.in prin. ibi quoniam ita con-
ſueuit fieri, vt ſemper cuſtodes fines prouinciæ ſer-
uẽt de offi.præfec.præto. & ad idem quod voluit Ale-
xan.in conſil.lxxxviij. quoniam omne datum, col. fin.
6 vol. v. † vbi dicit quòd ille actus ponendi cuſtodes,
vel cuſtodiendi ne damna dentur, denotet iuriſdi-
ctionis dominium,& ſuperioritatis,non autem rerum
parti



particularium, quia Domini terrarum & caſtrorum
tenentur cuſtodes deputare omni tempore ne damna
aliquo tempore fiant, per not. Ang. in l. ne quid in
prin. ff.de incen.rui.naufra.& in c.j.§. conuenticulam.
de pace iur.firmam.arg. l. ſi ita legatus.§. dominus. ff.
de vſu & habita. † Iuriſdictio probatur etiam per cẽ- 7
ſus ſolutionem, vel per ſolutionem eius probabitur
tale caſtrum vel villam ſubeſſe tali domino, vel ciui-
tati cui ſoluitur, ſeu de eorum territorio, ſi per teſtes
teſtificabitur quòd tali Domino ſeu ciuitati ſoluitur
cenſus per tex.in l.j.ibi, ſub quo vicus ille vel poſſeſ-
ſio,& ibi per Bald.etiam.C.de natu.lib.& per Pari. de
Puteo in c. qualiter de fini.feu. † & quaſi fines ſeu iu- 8
riſdictionis poſſeſſio probatur per onerum præſta-
tionem vt voluit Alexan.in con.clxvj.num.2. & conſi.
ccxxvj.num.2.vol.ij.vel vt habetur per Sozin.in conſi.
clxxxvij.num.15.vol.ij. probãtur confines non ſolum
per cenſus ſolutionẽ vt in d. c. licet, ſed per gabella-
rum ſolutionẽ vt ibi per eum nume.3.quia ius exigen-
di gabellas arguit imperium in loco in quo exigũtur,
vt habetur in l. vectigalia. C. de vectig. commiſſis. &
per Bal.in c.j.de pace tenen.& ſecundum Hyppoly.de
Marſil.in rub.de proba.num. 266. † Solutio præſum- 9
ptionem facit vt res pro qua aliquid ſoluitur ſit iuriſ-
dictionis illius terræ cui ſoluitur, quia ille qui poſſi-
det præſumitur dominus, quamuis quaſi poſſeſſio ne-
ceſſario non inferat proprietatem, ſed inducat quan-
dam præſumptionem,vt qui poſſidet ſit dominus.† & 10
iuriſdictionis fines probantur per tacitas vel expreſ-
ſas partium aſſertiones,ac per vulgi opinionẽ, & cir-
cumcolentium iudicium, quia in hac finium materia
ſunt magis idonei teſtes quàm alij, & quanto ſunt
ſimpliciores & ruſtici, tanto ſunt credibiliores, quia
non deponunt niſi de poſſeſſione facti. Tanquam ſuis
oculis ſemper aſtãtes ſuper ipſis locis,vt habetur per
Bal.

in verſi.& quæcunque adminicula.de proba.quaſi. dicat, quod ex aliis etiam probationibus præſumptiuis
2 poſſunt probari. † quòd plures præſumptiones ſimul iunctæ, immò etiam duæ faciunt plenam probationem voluit Aymo. Craue. in conſil. clviij. viſis actis. nume.11.vol.j. † & in antiquis maximè ſufficiunt le-
3 uiores probationes veluti coniecturæ, indicia, ac argumenta, etiam ſemiplena, per ea quæ deducit Pari.in conſil. ciiij. in præſenti cauſa.nume. 42. vol.j. & dixit
4 Aret.in conſi. xlij. nume. 3. † & duas probationum ſpecies coniungi poſſe in probandis confinibus, vbi alias non coniungerentur, quia quæ non proſunt ſingula multa iuuant, l.ij.§.j.ff.de excuſa.tut.& c.cum dilectus, de ſucceſſio. ab inteſta. & ideò bonus Iudex debet conſiderare omnes coniecturas & argumenta,
5 † & quòd in his quæ ſunt difficilis probationis probationes imperfectæ de facili coniungantur, licet in alia materia non reperiatur, traditur à Pariſio in conſi.lvij.& nume.17.& 36.vol.j. per D.Ant.in c. veniens. el.j.in fi.de teſti.quem refert & ſequitur Alex.in conſ.
6 xxiiij.animaduerſis,col.fin.vol.ij. † Et vt habetur per Deci.in d.c.cum cauſam. nume.12. probationes recipiuntur ſecundum ſubiectam materiam,& aliquandò non plenè concludentes, quæ in alia materia non reciperentur, & tanquam inualidæ prout etiam Lap.
7 voluit in allega xciiij. † Et vt ſcias quando & quo caſu iſtæ probationes iungi debeant, recurrendum erit ad diſtinctionem Abba. in d.c. cum cauſam. nume. 2. vbi ita diſtinguit.Aut probationes diuerſæ tendunt ad vnum, aut tēdunt ad diuerſa,& primo caſu ſi ſunt cōmiſcibiles,& ad iudicis animū inducēdum ad plenam credulitatem, & tunc inducunt plenā probationem, iuxta ea quæ dixit in c.tertio. loco,eo.tit.& faciunt ad hoc not.per Sozin. in conſi. clxxxvij. nume. 4. vol. ij. vbi habetur, quòd illa dicatur perfecta probatio quę inducit



inducit iudicem ad credulitatem, per text.in l.iij. §. tu magis.ff.de teſti.& hoc procedit ſecundum Abb. ſiue iſtæ probationes ſint eiuſdem generis in duobus teſtibus, ſiue ſint diuerſi generis, vt vnus teſtis cum fama, iuxta not.in c.j.de appella.& d.c.veniens.el. primo de teſti.quod tamen erit intelligendum in caſu quòd fama faciat ſemiplenam probationem. Idem in aliis præſumptionibus & adminiculis concurrentibus cum vno teſte de viſu, vel pluribus de credulitate, vt habetur in l. iij. ff. de teſti. & in c. ſi teſtis.iiij.q.iij. & c.cum cauſam quæ. de re. iudi. † In ſecundo caſu cùm ten- 8
dant ad diuerſa, tunc non ſunt cōmiſcibiles, vt in pluribus teſtibus ſingularibus. † Et idem diceretur, ſi ali- 9
qui teſtes deponerent de mutuo, ſed non perfectè & aliqui de confeſſione mutui, & non perfectè, & tunc non coniungerentur ad faciendam plenam fidem, quia mutuum & confeſſio ſunt diuerſa: neque tendunt ad faciendum vnum totum, cùm ſæpè ſit vnum ſine reliquo.& adducit ad hoc quod not.in d.l.ij.§.j.de excuſa. tuto.& l.j.C.quan.mu.offi.tut.fung.pote.& d.c.licet,& proſequitur Abbas.dicens ita eſſe de mente Bar. in l.j. §.idem Cornelio.ff.de quæſtio.& in l.admonendi.ff.de iure iur.& etiam ibi per Iaſ.nu.50.habetur, quod teſtis deponens ſuper mutui numeratione, deponit de mutuo naturali,& qui deponit de confeſſione, deponit de mutuo mere ciuili,& ideò non erit mirum ſi non coniungantur, cùm deponāt ſuper diuerſis ſpeciebus, cùm ſint penitus ſingulares, & iſtam opinio. Abb. ſequitur ibi Fely. num. 10. † præterquam in eo exemplo quod 10
ponit de mutuo,& mutui confeſſione, quia dicit ſemiplenam facere probationē etiam in eo caſu, & in ſupplementum deferri poſſe iuramentum,& adducit Abba.contrarium tenentem in c. cum dilectus. eo. tit. & Deci.ibi nu. 2. dicit iſtam concluſionem maximè procedere in iis, quæ de facili probari non poſſunt, quia

tunc imperfectæ probationes facilius coniunguntur.
11 † & prædicta concluſio ſecundum Hippoly.de Marſil. in l.vnius.§.in ea cauſa.nu.3.de quæſt. limitari poſſet, quando ſumus in criminalibus ad probandum vnum indicium à remotis ad cuius probationē requiruntur duo teſtes, & ſic ſi contingat fieri probatio per vnum teſtē,& de vno indicio,& ſimiliter ſi fiat probatio per vnum teſtem de vno alio indicio, tales duo teſtes tanquam ſingulares non iungerentur ad faciēdum vnum indicium perfectū, quia vnumquodque per ſe eſt imperfectum,& nota ita ſignāter voluiſſe Bal.in l. ſi quis ex argentariis.§. j. ff. de eden. & per plura alia ibi per eum deducta.
12 † Et ad idem faciunt quæ ipſe Hippoly. congerit in d.§.plurium,num.46.vbi in caſu quo fama poſſet iungi cum alia probatione,ad faciendū plenam probationem,ipſa debet eſſe perfecta in ſuo eſſe,aliàs non iungeretur cum alia probatione.
13 † Et ratio eſt ſecundum eum, quia nunquam iunguntur ſimul plures ſpecies probationum ad probandum, niſi vnaquæque ſpecies ſit perfecta de per ſe in ſuo eſſe,per Bald.in d. l.ſi quis ex argētariis.poſt prin.& etiam Hippoly. in d. §.in ea cauſa.nu.98.congerit plura quando diuerſi generis probationes iungantur ad faciendam plenā probationem. Limitatur prædicta concluſio ſecundum Deci. in d.c. cum cauſam,quando probationes tenderent ad diuerſa,vt in exemplo ſupra poſito per Abba.
14 † vt ſi vnus deponat de confeſſione mutui,& alius de mutui veritate,quia tunc non coniungerentur, & non probant. Et ſubdit Deci. ibi num.11.quòd ſecus eſſet, ſi in alio contractu teſtes deponerent, vt puta depoſiti, quia tunc coniungerentur,& confeſſio vera probaret numerationem, vt per Aretin. ibi in fin. & per Bal.in conſi.clxxxviij.præſuppoſito ſtatuto.in fin. vol. iii.
15 † Limitatur etiam prædicta concluſio, quando teſtes deponerēt de diuerſo loco vel tempore, vel actu, ſecun



dum Ant.in d.c.veniens.el.j. Aduertēdum etiam erit,quòd iſtæ limitationes poſſent procedere in probandis finibus nouis,& non in antiquis. † quia in probandis antiquis,remanet firma Abba.concluſio, quòd ſola fama de per ſe ſufficiat,vel teſtes de auditu tātum prout videtur ſentire Deci.in d.c.cum cauſam. num.2. Et ea ratione quia ſunt difficilis probationis. 16

## CAP. LIIII.

1 *Præſumptio eſt argumentum ad credendum unum factum ſurgens ex alterius probatione.*

2 *Præſumptio ex multis inſurgit.*

3 *Præſumptionum ſpecies ſunt quatuor,temeraria,probabilis,uiolenta & neceſſaria.*

4 *Adminiculum dicitur illud, quod inducit ad ueri ſuſpicionem.*

5 *Præſumptiones coniecturæ & indicia,indubio probāt ea quæ non probant ueræ probationes.*

6 *Probationes quæ aliàs non admitterentur, admittuntur in probandis confinibus.*

Et vt dixi in præcedenti cap. fines per plures præſumptiones ſimul iunctas probantur, † erit ergo videndum quid ſit præſumptio,& vt inquit Spe. in tit. de præſumptio. in princi. eſt argumentum ad credendum vnum factum ſurgens ex alterius probatione,puta ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum præſumitur coitus,vt in c.nec aliqua.xxvij.q.j. & c. dixit dominus. xxxij.q.j. & cap. tertio loco.& c.licet literis.de præſumptio. 1
† Et præſumptio ex multis ſurgit,ſcilicet ex cauſa,ex perſona,ex loco, ex tempore, ex qualitate,ex taciturnitate,ex ſequēti vtilitate,ex fletu, & negligentia,ex conuerſatione,& familiaritate, ex euentu, ex vicinitate,& obſcuritate,ex dignitate, ex quantitate,ex dilectione,ex frequentatione,& ex ætate, & ibi ponit exempla de omnibus prædictis,quæ breuitatis cau 2

3 tis cauſa omittere voluit. † Et ſecundum quod ipſe not.in §.Species. eo. tit. Præſumptionum ſpecies ſunt quatuor, licet communiter tres conſueuerint aſſignari, ſcilicet temeraria, probabilis, violenta & neceſſaria: & ibi declaratur de vna quaque earum. † Notan-
4 dum quoque venit quòd adminiculum dicitur illud quod inducit ad veri ſuſpicionem ſecundum Sozin. in conſi. clxxxvij.nu.4.vol.ij.per Bal. in l.ea quidé. C. de accuſa.& per Bar.in l.admonendi. ff. de iure iur.dum deſcribit probationum gradus.† Et erit aduertendum quòd
5 etiam ea quæ nō poſſunt probari per veras probationes, in dubio probantur per præſumptiones & coniecturas, vel indicia.vt habetur in Glo.in c.transmiſſ.qui fil.ſint legiti.& maximè in probandis confinibus antiquis ſecundum Lauren. Calcane.in conſi. xc. quia iſta
6 quæſtio.nu. 14. † & in his probādis admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur, vt voluit Glo. in c.ij.in verſ.ſi cognouerit, de arbit.& Ioan. And.in c. cùm quid.de reg.iur.in vj.

## CAP. LV.

1 *Fama per uocem uiuam & mortuam probatur.*

2 *Fama eſt communis opinio uoce manifeſta, ex ſuſpicione prouenìens, & fama, communis opinio, & communis exiſtimatio ſunt idem, ut ibi nu. 2.*

3 *Fama eſt quando tota ciuitas, uel uicina, aut maior pars reclamat.*

4 *Rumor eſt quando aliqua pars ciuitatis, uel uiciniæ, ut puta, tertia uel quarta pars reclamat.*

5 *Notorium dicitur quod eſt ita euidens, quod nec latere, nec tergiuerſatione celari poteſt, & cuius eſt teſtis populus.*

6 *Manifeſtum eſt illud quod à uulgo dicitur coram pluribus teſtibus.*

Fama



7 *Fama ut faciat probationem debet probari quòd ſit orta ante litem incohatam.*

8 *Fama probari debet per duos teſtes.*

9 *Fama probari debet per uiros diſcretos, & bonæ famæ, non per uiles, aut mulierculas.*

10 *Fama in antiquis probat confines.*

11 *Fama antiquiſſimum dominium uillarum & aliarum rerum probat.*

12 *Fama probat titulum iuris patronatus.*

13 *Fama quando faciat plenam probationem.*

14 *Fama in his quæ hominum memoriam excedunt plenè probat.*

15 *Fama in his quæ ſunt difficilis probationis à communiter accidentibus plenè probat.*

16 *Fama in his quæ excedunt centum annorum metam plenè probat.*

17 *Fama quando ab una parte fuit affirmatiuè probata, & ab alia negatiuè cui ſtandum erit.*

18 *Fama quando fuit probata ab una parte, & uno tempore, & ab alia alio tempore, cui ſtabitur.*

19 *Famæ duæ contrariæ ſi erunt probatæ, ſtabitur bonæ famæ.*

FAma † autem non ſolùm probatur per probationes quæ fieri poſſunt per vocem mortuam, id eſt 1
per inſtrumēta, ſed etiam per viuam vocem, vt per teſtes, ſecundum quod not.Fely.in c.cum cauſam. num. 4.& 9.de proba. Igitur dicamus de ea, quæ inter viuæ vocis ſpecies connumeratur. † Et quæ fama vt inquit 2
Bart.in l.de minore.§.plurium nu.7. ff. de quæſtio, eſt communis opinio voce manifeſta, ex ſuſpicione proueniens, & fama & communis opinio, & communis exiſtimatio voce manifeſtatur, aliàs ſecus vt ibi per eum.† Et fama ſecundum Gloſ.& Abba.in c.ſuper eo. 3

 nume.

nume.3.de eo qui cogno.conſangui.vxor.ſuæ eſt quan
do tota ciuitas, ſeu vicina aut maior pars reclamat.
4 †Rumor verò quãdo aliqua pars, puta tertia vel quar
5 ta ciuitatis,vel viciniæ reclamat. † Et notorium dici-
tur quod eſt ita euidens,vt nec latere, nec tergiuerſa-
tione celari poſſit,& cuius eſt teſtis populus ſecũdum
Bar.in l.ſcriptus.nu.2.ff.de religi.& ſump. fune. per c.
6 tua nos de cohabita.clerico.& mulie. † Manifeſtũ au-
tem eſt illud quod à vulgò dicitur, & coram pluribus
teſtibus l.hæredes palam. ff. de teſta.& de his habetur
7 per Caſſado.in deciſio.iij.nu.2.de probatio. † Et fama
ad hoc vt faciat probationem debet probari quòd an-
te litem incohatam ſit orta. per ea quæ tradit Aymo.
8 Craue.in conſi.cclx.ad dubia. nu.7. vol.ij. † Ac etiam
probari debet per duos teſtes, vt dicit Gloſ. in c.ſi te-
ſtes.§.item ſæpè,in ver.fama.iiij.q.iij. & per Bar. in d.l.
de minore.§.plurium.num.19.& per Abba.in c.veſtra.
nu.7.de cohabita.cler.& mulier. & in c.tertio loco.de
præſumptio.Et in c.quia,de appella.& per Glo.in De-
ci.Tholo.ccclxxix.in ver.quæro qualiter. in ea quæ in-
cip.idem tenet Siculus.& habetur per deciſio.in conſi.
ccxxvij.num.4.vol.ij. & per Hippoly. de Marſil.in d.§.
9 plurium.nu.101. † ſubdens per viros diſcretos & bo-
næ famæ, & non per viles & mulierculas famam pro-
10 bari debere. † Et quòd in antiquis cõfines probentur
per famam voluit Guid.Papæ in q.cxciij. ver. tertio. &
Hippoly.in citato loco,nu.55.& Hiero.Grat.in reſpõ.
cxxxviij.nu.11.vol.j.& faciunt quæ traduntur per om-
11 nes in c.veniens,de teſtib. † Vnde Barb.in c.ex literis.
in fi.de proba. vult in antiquiſſimis dominiũ villarum
& aliarum rerum per famam probari, & deducit ad
hoc Gloſ.in c.veniens. el.j. in ver.illorum, de teſti. &
idem voluit Sozin.in conſi.lxxxvj.num.2. volu. j. & in
conſil.clxxxvij.nume.5.vol.ij.per not.in l. ſi arbiter. ff.
de proba.& in l.ij.§. item Labeo.ff.de aqua.plu. arcen.
& per



& per Gloſ. in c. cum olim. in verſi. inſtrumentis. de
cenſib. & per Bald. in l. cum quis. C. de iure delibe.
† Et idem videtur tenere Caſſado. in d. deciſio. iij. de 12
proba.num.2.ſubdens quòd per eam probatur titulus
iuris patronatus,vt late traditur per Boer.deciſio.xlij.
num. 32. in j. par. † Et ne prolixior videar quando fa- 13
ma faciat plenam probationem te remitto ad ea quæ
tradunt doctor. in l. admonendi.ff.de iure iur. & Mar-
ſil. poſt Bar.in d.§.plurium. nume. 56. † Et facio hanc 14
concluſionem, quòd in his quæ hominum memoriam
excedunt fama plenè probat,& habetur per Corne.in
conſi.ccciiij.num.5.vol.iij. & in conſi. xxxv. circa pri-
mum.nu.22.vol.j.& per Aretin.in conſil.xlij.nu.1.Ro-
man. in conſi.cccxxiiij.nu.5. & Sozin. in conſi. lxxxix.
nu.5.& in d.conſi.lxxxvj.num.2.vol.j.& in conſi.clxvj.
nu.12.& 28.& in d.conſi.clxxxvij.nu.18.vol.ij. & Cæ-
pol.in conſil.ciuili.in conſi.xxxviij.nu.10. & Curti. ſe-
nior.in conſi.lxx.nu.16.& Bertran.in conſi. cclx. nu.7.
vol.iiij.& Carol.Rouin.in conſi.ciij.nu.16. vol. j. & in
conſi.xliiij.nu.15.& 17.& in conſi.xcij. nu.3. & in cõſi.
clj.nu.2.& in conſi.clxxij.nu.2.vol.iiij.& Pariſ.in cõſi.
xxvij.nu.19.& conſi.ciiij.nu.20.vol.j.& in conſi.iiij.nu.
8.vol.iiij.& Iaſ.in conſi.cxiiij.nu.5.vol.j.& in conſi.lxv.
nu.1.in ij.vol.& in l.cum aliquis.nu.5.C. de iure deli-
be.& Hiero.Grat.in reſpon.xviij.nu.4. vol.j. Et Barto.
Caſſen.in conſi.liiij.num.25.& Alciat.in reg.ij.& præ-
ſumptio.iij.de præſumptio.& Aymo. Craue.in cõſ.liij.
nu.10.vol.j.& in tracta.de antiquita.tempo.in j.par. in
ſectio.viſo de fama,& per Deci.in c.dilecti.num.18.de
appella.& in c.veniẽs.nu.11.de fi.inſtru.& in conſ.xlij.
nu.10.& in cõſ.ccccxxviij.nu.3.vol.iij.vbi refert ita do
ctores cõmuniter tenere.† Et fama à communiter ac- 15
cidentibus, in his quæ ſunt difficilis probationis facit
probationem plenam. vt eſt de mente Deci. in conſil.
Dclij.nu.2.vol.v.† Et ſic fama in antiquis hominũ me- 16

 moriam

moriam excedentibus plenè probaret, vt ſi centum annorum metam excederet, ſecundum quod voluit Sozin.in reg.cxliiij.incip.fama.num.7. & habetur in d. deciſio.Tholo.ccclxxxix.in add.incip.hanc concluſio-
17 nem.Et per Marſil.in d.§.plurium.nu.67. † Erit etiam videndum, quando fama fuit ab vna parte affirmatiuè probata,& ab altera negatiuè cui erit ſtandum,& Bar. in d.§.plurium verſi.quid ergo.nu.26.decidit ſtandum eſſe teſtibus dignioribus, vel ſi teſtes eſſent æquales, ſtandum eſſe illi probationi, ſeu illi famæ quæ procedit ex veriſimilioribus probationibus. arg. l. hoc carmen.ff.de teſti.in fin.cum ſua Gloſ. & per ea quæ not. in c.cum tua. de ſponſali. & idem habetur in Deciſio. Tholo.in addi.incip.an fama.in verſ.quid ſi eſt proba-
18 ta. † Et hoc etiam procedit quando eſt probata fama eiuſdem loci & temporis,vel quando fama comiſſi maleficij fuit probata ab vna parte,& vno tempore,&ſecunda fama innocentiæ probata fuit, alio tempore ab alia parte,& tunc præferenda erit ſecunda probatio, quia poterunt homines opinionem mutare, & vltima prçualebit vt l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.de dam. infect.& prout dicit text.in l.ij.ff.quis or.in bono.poſſ. ſeruet. ſi tamen fama vltima erit fundata, melioribus
19 vel æquè bonis coniecturis, † Quod ſecus eſſet ſi fama prima ſit magis veriſimilis,vel quando eſſent probatæ duæ famæ contrariæ, ſtandum eſſet teſtibus deponentibus de bona,ſecundum Aymo.Crauet.in conſil.cclxxv.quæritur.nume.12.vol.ij.

## CAP. LVI.

1 *Teſtes qualiter deponere debeant ſuper fama.*
2 *Fama qualiter probari debeat.*
3 *Teſtis quæ exprimere debeat in probanda fama.*
4 *Fama ſecundum opin.Bald.quam ſeruat* Romana *curia qualiter probetur.*

Commu



5 *Communis opinio qualiter probetur, & teſtis debeat ſuper ea deponere.*
6 *Communis uſus loquendi qualiter probetur, & teſtis debeat ſuper eo deponere.*
7 *Fama quando non eſt orta ex probabilibus & ueriſimilibus cauſis non probat.*
8 *Fama quando facit plenam probationem, non procedit opin.Bal.ſed Bar.*
9 *Fama quando oritur ex probabilibus coniecturis, & ueriſimilibus probat,licet teſtis non deponat à quibus audiuerit: & ſecus eſſet ſi non eſſet orta ex probabilibus coniecturis.*
10 *Defectus perſonarum ſuppletur per argumenta probabilia.*
11 *Fama quando probatur per decem teſtes,probat,licet non eſſet formiter probata.*
12 *Notorium dicitur quod à decem teſtibus deponitur.*
13 *Vniuerſitas à decem hominibus conſtituitur.*
14 *Teſtis quando interrogatur in cauſa ſcientiæ, tunc cauſa ſciẽtiæ debet eſſe ſeparata ab eius depoſitione.*
15 *Notarij errant dum ſcribunt in cauſa ſcientiæ, teſtis dixit ut ſupra.*

ET nunc † erit vtile ſcire qualiter teſtes deponere 1
debeant ſuper fama, & dicas debere dicere famam eſſe & communem opinionẽ, quòd talis limes ſemper fuit obſeruatus,à tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtit, prout etiam voluit Archi. in c. inter memoratas. xvj. q. iij. & Floria.in l. in finalibus ff.fi.regund. & Fely.in c.cum cauſam.nume.4.& 9. de proba.vel.ſecundum Bar. in l. de minore. §. plurium. num.10.quam ſequuntur communiter Doctor.& maximè Hippol.de Marſil.nu.46.ff.de quæſtio.& habetur
in Deciſio.Tholo.cccxxix. † teſtis debet dicere quod 2

I 5 eſt pu

eſt publica vox & fama, & interrogatus quomodo
ſciat,reſpondere debet quòd publicè dicitur per ciui-
tatem vel à maiori parte populi huius ciuitatis, vel in
ciuitate,caſtro,vel villa,& ſi teſtis ſolum reſpõderet,
quòd eſt publica vox & fama, certè non probaret,
quia non redderet cauſam per aliquid, ꝙ ſenſu per-
cipiatur,non enim dicit ſe audiuiſſe à maiori parte po
puli,ſed deponit quòd hoc dicitur.vel ſi teſtis diceret
quòd audiuit publicè dici, non ſufficeret, quia poſſet
eſſe quòd vnus homo publicè dicat.debet ergo dice-
re,& audiui publicè dici à maiori parte hominũ iſtius
ciuitatis. & ibi ſubdit Marſil. quòd teſtis debet dicere
audiuiſſe à maiori parte populi illud de quo dicitur
quòd eſt fama, & aliter reſpõdendo non probaret fa-
mam,& teſtis debet perſonas nominare, à quibus au-
diuit ſecundum quod notat Deci.in conſi.lvij.nume.4.
volum.j.licet non fuerit interrogatus, vt habetur per
Marc.Blanc.in tracta.de indi.& tortu.in ver. fama.nu.
3 311. † Secundò teſtis debet exprimere aliquam cau-
ſam propter quam fama ita ſit orta, & ꝙ fama ſtatim
orta ſit,prout etiam voluit Careri.in ſua practi.crimi.
in l.obſeruare,§.curabis,num.111.& faciunt quæ ha-
bétur per Corne.in conſi.cxcviij.viſa.volumi.ij. & per
Alex.in conſi.xx.nu.10.& in conſi.xxv.nu.4.& 5. & in
conſi.xix.num.21.vol.iiij. & per Pariſ. in conſi.lxj.nu.
25.& in conſi.cliij.nu.14.cum plurib.ſequẽti.& in cõ-
4 ſi.clxix.nu.44.vol.iiij.† Et licet videatur eſſe commu-
nis opinio,tamen cõtra eam,vt refert Caſſador.in de-
ciſio.iij.nu.7.de proba.Rota vel curia Romana ſequẽ-
do opinio.Bal.in ca.literis.de præſumptio.videtur ad-
mittere probationem famæ abſque eo quod teſtes ita
formaliter deponant, vt puta ſi teſtes deponerent
tantum de publico auditu.& dicit contra Bar.opinio.
eſſe obſeruantiam,quia in probanda fama,non ſumus
in probatione neceſſaria ad quam inferunt rationes
Bar.



Bar.ſed ſumus in præſumptiua, in qua ſatis eſt quòd
ſequatur per ſenſum iuris præſumptione, & per Bal.
etiam in c.prætereà.de teſti.quē etiam allegat.Pari. in
conſi.lij.in fi.vol.iij.dicens, Romanam curiam ſeruare
opinionem Bal.& Caſſado.in citato. loco,nu.9.refert
Inno.& Ancha.in c.veniens in pen.col. de verb. ſigni.
tenere,† quòd licet in probãda cõmuni opinione te- 5
ſtis debeat dicere ſe à multis audiuiſſe, quos ſi inter-
rogatus nominat,bonum erit.ſi tamen reſpõdeat non
habere memoriam de aliquo, quia non recordatur de
certo, ſed quòd cõmuniter dicebatur,teſtimoniũ ni-
hilominus valere videtur per l.in ſumma.§. item La-
beo,ff.de aqua plu.arcẽ. † Item in cõmuni vſu loquẽ- 6
di videntur teſtes apertè deponere de cauſa ſcientiæ,
dicendo ſic communiter audiui dicere,& probãt licet
non repetant dicto tẽpore,vel dicta ciuitate, nam de-
ponendo contenta in articulo vera eſſe,quia ſic com-
muniter audiuit dicere, intelligimus rationem dicti
ipſius teſtis de eiſdem loco & tẽpore contentis in ar-
ticulis,& non de aliis,ne aliàs eſſet ſibi contrarius, &
in falſum incideret,atque eius dictum non valeret, &
tanto magis opin. Bald.& Rotæ procederet, quando
teſtis reſponderet de publico auditu,& de publica fa-
ma, & non eſſet interrogatus quomodo ſciat, prout
habetur in d. c. deciſio. Caſſado. † Quæ tamen opin. 7
Bal. limitari. poſſet non procedere quando fama non
eſſet orta ex probabilibus & veriſimilibus cauſis per
ea quæ tradidit Aymo. Craue. in conſi.cclx. ad dubia.
nu.7.vol.ij.vel etiã ſecundum Pariſ.in cõſi. lxvij.num.
108.vol.3.opi.Bal.non ſeruatur in foro ciuili.Sed ſer-
uatur opi. Bar.in d.§.plurium.† Vel poſſet Bal.opinio 8
limitari vt procedat vbi fama faceret ſemiplenã pro-
bationem,ſed quando facit plenã procedat opin.Bar.
& communiter ſequentium eam,veluti ſi extaret ſta-
tutum quòd fama faceret plenam probationem,
quia

quia tunc intelligeretur de fama legitimè probata & non de ſimplici, prout videtur ibi ſentire Bar. in ver. quæro ſtatutũ, nu. 31. quẽ ſequitur Marſil. ibi nu. 104. plura cumulando, & ſicut verba ſtatuti ſunt intelligẽda, vt minus derogent iuri cõmuni quanto minus fieri poſſit l. vt gradatim. §. & ſi lege, ff. de muneri. & hono. & l. iij. C. de noxali. & c. cum dilectus. de conſuetu. ita etiam intelligẽdo opinio. Bald. minus erit læſa cõmunis opi. quæ eſt in contrarium, vel etiã poſſet dici, quòd licet ſeruaretur opi. Bald. quo ad ſuperius deducta, in reliquis verò ſeruanda eſſet opin. Bar. & aliorũ Doctor. ſcilicet quòd teſtis debeat dicere propter quã cauſam fama ita ſit orta, & quòd ſtatim ſit orta, & ex prædictis rationibus fortaſſe poſſet teneri, quòd in probandis confinibus fama debeat formiter probare, ex eo quia facit plenam probationem, & ſic in eis probandis opinio Bar. & non Bald. ſeruanda eſſet, & eo maximè quando teſtes non nominarent à quibus perſonis fama eſſet orta, quia potuiſſet habere originem ab vno tantum actore, & non eſſet credendum teſtibus, ſuper ea deponentibus, per ea quæ habentur in ca. licet ex quadam. in Gloſ. in verſi. ab vno. de teſti. &
9 per Barba. in cap. ex literis. nume. 39. de proba. † Limitari tamen poterit opin. Bart. & eam ſequentium quando fama confirmaret ex veriſimilibus & probabilibus coniecturis: quia tunc teſtis etiam interrogatus neceſſariò non habet dicere à quibus perſonis audiuerit, quia fama potuit habere ortum à coniecturis & argumentis probabilibus, nec requiritur quòd
10 tunc originem habuerit à prouidis & honeſtis, † cùm defectus perſonarum per argumenta probabilia ſuppleatur ſecundum Bal. in l. ea quidem. in vlti. pagina. C. de accuſatio. & per Saly. in tracta. de fama. in ver.
11 tertio quæro. † Secundo limitatur opinio. Bart. & ſequacium quando decem teſtes deponerent ſuper fama,



fama, quia tunc diceretur per eos fama probari, licet non ita formiter deponerent, vt habetur per Alexand. in apoſtil. ad Bart. in d. §. plurium in addi. quæ incip. ſed quia & per Felyn. in ca. cum oporteat, nume. 8. de accuſa. & per Careri. in ſua practi. crimi. in l. obſeruare. §. curabis. nume. cxj. & per Pari. in conſi. lxvij. nume. 26. vol. iij. † Et poterit eſſe ratio, quia notorium dicitur quod à decem teſtibus deponitur ſecundum Corne. in conſi. cccxxxiij. capio, nu. 20. vol. j. per Bal. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogant. † Vel alia poterit eſſe ratio, quia decem homines faciunt vnam vniuerſitatem, vt per Alexan. in l. prætor ait, la. ij. num. 4. ff. vi bono. raptor. & habetur per Hippoly. de Marſil. in ſing. ccccl xxvij. † Neque erit omittendum quod traditur à Rober. Maran. in ſuo aureo Specu. aduoca. in ij. par. iudicio. in ver. ſextus actus. num. 11. vbi vult quòd ſi teſtis interrogaretur in cauſa ſcientię, tunc cauſa ſcientię debet eſſe ſeparata, ab eius depoſitione, ne ſit eadem cum dicto veluti ſi teſtis dicat. Titius mutuauit Seio centum, in cauſa ſcientiæ debet dicere, quia vidi pecuniã numari ex cauſa mutui, & ſecus ſi diceret quia ſcio, nam non probaret, quia ratio eſſet eadem cum dicto, & talis depoſitio non valeret, per Bart. in l. fin. ff. de offi. procur. Cæſar. & per Sozin. in conſi. xcviij. col. fin. vol. iij. † Vnde vt ipſe dicit tabelliones interrogantes errant in hoc, dum ſcribunt in cauſa ſcientiæ, teſtis dixit & depoſuit vt ſupra, quia ſi illa depoſitione teſtis non faceret mentionem de aliquo corporis ſenſu, ſed generaliter dixit ſcire dicta per eum, tunc illa cauſa ſcientiæ deſtrueret totum eius dictum, & melius faceret notarius ſi teſtem non interrogaret. 12 13 14 15

## CAP. LVII.

1 *Teſtes uniuerſitatis eccleſiaſticæ, ſiue ſint clerici religioſi,*

*gioſi, ſiue ſeculares admittuntur ad teſtificandum pro eorum uniuerſitatibus.*

2 *Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt magis dignæ quàm ſeculares.*

VIſo ſupra de probationum qualitate quæ fieri
debent per teſtes. Nunc erit dicendum de teſtiũ
1 qualitate, † & primò an indifferẽter vniuerſitatis eccleſiaſticæ teſtes, ſiue ſint clerici religioſi, ſiue ſeculares aut conuerſi admittantur ad deponendum in cauſis ſuarum vniuerſitatum, & erit dicendum quòd ſic. vt not. Abba. in c. inſuper. nume. 2. de teſti. quia vt ipſe dicit damnum vel lucrum ad eos non pertinet proprio nomine, & ſic non poterit dici, quòd ſit cauſa ſingulorum. c. biduũ. in verſi. palàm. ij. q. vj. & idem videtur ſentire Alexan. in conſi. lxviij. & viſo. nume. 17. vol. ij. & Cæpol. in tracta. de ſeruit. ruſti. prædio. in tit. de iure paſcem. nume. 11. vbi etiam differentiam non facit inter vniuerſitatem eccleſiaſticam & ſecularem, licet ſecundum eum maiorem præſumptionem faciãt illi de vniuerſitate eccleſiaſtica, quàm illi de ſeculari: quia minus iuris habent perſonæ eccleſiaſticæ, cũ ius quod habent in vniuerſitate eccleſiaſtica, non tranſmittatur ad eorum hæredes, ſicut faciunt laici, iuxta
2 notata in c. in præſenti. de offi. ordi. in vj. † vel alia poſſet etiam aſſignari ratio, quia perſonæ eccleſiaſticæ ſunt magis dignæ quàm ſeculares. arg. Gloſ. not. in c. monachus. in ver. examinari. lxx. diſt.

## CAP. LVIII.

1 *Vniuerſitatis teſtes nõ in totũ repellũtur habito reſpectu ad perſonarũ qualitatem & lucri quãtitatem.*

3 *Vniuerſitatis teſtibus plenè creditur, ſi non ſentiunt commodum uel incommodum.*

2 *Vaſalli depoſitio exiſtentis bonæ famæ coadiuuatur ex aliorum teſtium depoſitionibus.*

*Subditi*



4 *Subditi poſſunt ferre teſtimonium pro ſuis dominis.*

5 *Subditi ratione iuriſdictionis non excluduntur, ſed ratione dominicæ, uel patriæ poteſtatis.*

6 *Vniuerſitatis teſtes admittuntur, quando ex uictoria nullum ſunt habituri commodum.*

7 *Vniuerſitatis teſtes admittuntur, licet reportarent commodum in uniuerſo.*

8 *Vniuerſitatis teſtes in nemorum litibus admittuntur, quando ſoluunt aliquid daciariis.*

9 *Vniuerſitates teſtes erunt idonei in cauſis, in quibus utilitas peruenit in commune.*

10 *Vniuerſitatis teſtes non erunt idonei, quando litigatur ſuper illo, quod cernit ſingulorum commodum.*

11 *Vniuerſitatis teſtes poſſunt deponere pro uniuerſitate, quia non uidentur deponere in propria cauſa.*

12 *Vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodum uel incõmodum admittuntur, ſed eis de fide diminuitur.*

13 *Teſtes habentes ſimiles lites, ratione affectionis non ſunt idonei teſtes.*

14 *Iudex debet ſequi communem opinionem in iudicando, niſi reperiatur falſa, uel probabilibus argumentis conuinci poſſit.*

15 *Teſtes quomodo deponere debeant ſuper iurgiis finalibus, pro una uniuerſitate cõtra aliã uniuerſitatẽ.*

ET Sequitur declarandum † nunquid vniuerſita- 1
tis ſecularis teſtes in iurgiis finalibus ſuarum vniuerſitatum ſint habiles, vel ſi de fide eis diminuatur, & in hoc reperio Doctor. varia ſentientes. Et in primis Abba. in c. ſuper. nume. 2. de teſtib. tenet, propter vtilitatem, quæ ſecundario ſingulis de vniuerſitate eueniret, non in totum repellerẽtur à ferendo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed eis minus quàm aliis crederetur, habito reſpectu ad perſona-

rum

rum qualitatem , & lucri quantitatem arg. ca. ſi quæ-
ſtiones , de ſimo. deinde ſubdit prædicta procedere,
quando per diuerſam parté alij teſtes in contrarium
producerentur , ſed vbi non eſſent niſi teſtes de vni-
uerſitate,pro vniuerſitatibus hinc inde examinati,ſa-
tis putaret eis plenè credendum eſſe,in alium teſtium
defectum , dummodo aliàs idonei fuerint per tex. in
c.ſuper prudentia.xiiij.q.ij.& licet d. cap. loquatur in
clericis,tamen eius ratio,cũm ſit generalis , vendicat
ſibi locum etiam in laicis vniuerſitatis ſingularis per
l. in tantum. §.j.ff.de rer.diui. quæ tamen ratio impu-
2 gnari poſſet per ea quæ dixi in cap.præcedenti. † Alia
fuit opin. Bald. in conſi. cccclxviij. qualiter. nume. 6.
volumin. iij. Videlicet, quòd ſi teſtes non ſentiunt
commodum,vel incommodum immediatum, poſſunt
pro ſua communitate deponere , & ſecundum eum
ita Doctores communiter ſentire videntur , & idem
tenet Roma.in conſi.vij. nume. 4. & Pet. de Girar. in
ſig.xxiiij.incip.vtrum ciuis.vbi diſtinguit,aut non liti-
gatur principaliter de vtilitate ſpectante ad ciues, &
ſunt idonei.§.legatarius.inſti.de teſta. aut quæſtio eſt
ſuper re principaliter ſpectante ad commodum & in-
commodum ciuium,& non ſunt idonei teſtes,l.omni-
bus.C.de teſta. etiam Paris de Put.in c.qui ſæpè.nu.1.
3 & 2. de fini. feu. † ſubdit quòd depoſitio vaſalli exi-
ſtentis bonæ famæ coadiuuatur ex aliorum teſtium
depoſitionibus,qui non ſunt vaſalli.Ad idé facit quod
voluit Alex.in conſ. lxxxviij. quòd omne datum , ver.
4 ité non obſtat.vol.v.† vbi dicit ſubditos alicuius Re-
gis vel Domini poſſe teſtimonium perhihere pro ſuis
Regibus & Dominis in cauſis quas habent cum aliis:
aliàs ſequeretur maximum abſurdum & inconueniés,
quia tales domini perſepè de iure ſuo probare non
5 poſſent.Et ideò aduertas † quod ſubditi ratione iuriſ-
dictionis,non excluduntur, ſed ſubditi ratione domi-





nicæ,vel patriæ poteſtatis. † Alia fuit opini. Fulgo. in 6
conſi.clxxiiij.vbi vult cõmunem opinioné eſſe , quòd
teſtes de vniuerſitate,in cauſa vniuerſitatis admittun-
tur ad teſtificandum quando ex victoria nullum ſunt
habituri commodum. Idem voluit Corneus in conſil.
cccxxxiij.cap.num.27. vol.j. ſubdens , quòd non con-
gruit inſtare,an ſint ita integri ſicut alij.† Alia fuit opi 7
nio.Guid.Papæ in quæſt. cxciij. in fi.dum vult illos de
vniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatibus depone
re,licet reportarent commodum in vniuerſo,per not.
Cyn.& Doctor. in l. parentes. C. de teſti. † & alia fuit 8
opin. Alexan.in conſi.xcix.viſis proceſſibus. nume. 15.
vol.v.quem ſequitur Ant.Capy.in deciſio.clj.vniuerſi-
tas.num.6.videlicet,quòd teſtes de vniuerſitate,in ne-
morum litibus admittantur ad perhibendum teſtimo-
nium quando aliquid daciariis ſoluunt pro lignis.† Et 9
ſimiliter Alexan. in conſi.lxviij.& viſo num. 16. vol.ij.
vult quòd quando in cauſa vniuerſitatis eſt quæſtio de
molendino,vel de aliis rebus,quarum vtilitas in com-
mune peruenit,quòd tunc illius homines erunt idonei
teſtes. & iſtam opinio. tenet etiam Io. de Ami. vene-
fri.in conſi.viij.num.25.& 26.licet in imponendis col-
lectis commodum ſentirent , quia minus grauarentur
propter vtile quod redderetur in communi. † Et alia 10
fuit opin.Lanfran.in c.quoniam contra.in ver.teſtium.
num. 121. de proba. quòd ſi illud ſuper quo litigatur
ſingulorum commodum concernit , vt puta ſi eſt lis
ſuper nemore , in quo quilibet poteſt accipere de li-
gnis pro vſu ſuo,& tunc vnus de vniuerſitate non po-
terit pro ea teſtificari,& idem voluit Bertran. in conſi.
lj.vol.ij.& Pariſ.in conſi.xxvij.nu.98. & conſi. ciiij. nu.
135.vol.j.& Hippoly.de Marſil.in §.ſeruus municipij.
num.1.de quæſtio. dicit omnes Doctor.tenere, † illos 11
de vniuerſitate poſſe teſtimonium perhibere in cauſa
vniuerſitatis,& hac ratione, quia nemo de vniuerſita-

te dicitur deponere in cauſa propria,cùm aliud ſit vni uerſitas,& aliud ſinguli de vniuerſitate, c. quia manumittuntur.xj.q.ij. & iſta prius fuere deducta per Abb. in d.c.inſuper,num.2. vbi etiam plures deſcribit fallen

12 tias,de quibus habetur mentio per Deci.ibi. † Sed Cæpol.de ſerui.ruſti.prædio.in tit. de iure paſcen. nu. 10. & 11. videtur iudicio meo melius concludere, dum dicit vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodum vel incommodum admittendos eſſe,ſed eis de fide diminuendum,& quòd non faciunt plenam & integram probationem, ſed præſumptionem, quia negari non poteſt, quin ipſi habeant aliquam affectionem erga ſuam communitatem,cùm ſic habere conſueuerint, & ideò ſic præſumendum erit.arg.l.certi condictio. ff. ſi cert.pet.& per Doctor. in l.j. C. de arbit. & ideò non ſunt omni exceptione maiores. ex quo exceptio iſta præſumpta opponi poterit,vt eſt Gloſ. not. in ca. j. in ver.maiores.de conſang.& affi.& in §.item verborum.

13 Inſtit.de inutil. ſtipula. † Et ſimiliter ratione affectionis teſtes habentes ſimiles lites non ſunt idonei teſtes,vt habetur per Gloſ.in cap. Roma. Canonicus. in ver.cum ſint eius ſocij. de offic. deleg. & per not.in c. perſonas de teſti.& in c.cauſam.de iudi.& Imo.in con

14 ſil.cij.& per Ludo.Ro.in ſing.ccclv.volo probare.† Et quamuis in iudicando & conſulendo non eſſet recedendum à communi opinione. vt per Alexan.in conſi. xxv.viſo proceſſu. nume. 2.vol.vj. & Curti. Senio. in conſi.xliij.nume.3.& in conſi.lvij.nume. 9. & 13. nihilominus non erit ſequenda communis opinio in iudicando quotieſcunque reperiretur falſa euidenter, vel probabilibus rationibus & argumentis conuinci poſſet,vt bonus Iudex acutiſſimi ingenij exiſtimabit, ſecundum Abba.in ca.tua nos.nume.9.de vſur.& Barba. in conſi.xxviij.ſcripſit belliſſimè,nume.2.volum.1. vel quando canon,aut lex aliud diſponeret,quia tunc potius





tius ſtandum eſſet legi aut canoni, quàm communi opinioni,ſecundum Auguſti.Beroi.in quæſt.cxvj.num. 2. ideò melius eſſet ſequi opin. Cæpol. non obſtante communi opinio. in contrarium, quæ probabilibus rationibus conuinci poſſet.† Neque erit omittendum 15

quod traditur à Bart.in l. in ſumma. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. quòd teſtes deponentes pro vno caſtro vel vniuerſitate ſuper controuerſiis finalibus vertentibus contra aliud caſtrum, debent hoc modo ferre teſtimonium, quod Baroerius illius caſtri cuſtodiebat & pignorabat vſque ad illum locum, & ita à ſuis prædeceſſoribus audierunt.

## CAP. LIX.

1 *Teſtibus pluribus uel melioribus, uel ſi erunt æquales numero, dignioribus uel peritioribus creditur.*

2 *Teſtes quando adinuicem contradicunt, ſi non poſſunt ad concordiam reduci, recurrendum erit ad authoritatem, uel multitudinem, aut ad deponentes uериſimiliora.*

3 *Teſtes quando erunt intra ſe uarij, uel contrarij, ſtandum erit pluribus uel melioribus.*

4 *Teſtibus deponentibus de priori poſſeſſione magis creditur, quàm deponentibus de poſteriori.*

5 *Teſtes de poſſeſſione & titulo, præferuntur deponentibus tantum de poſſeſſione.*

6 *Teſtes deponentes de antiquiori poſſeſſione ſine titulo, præferuntur deponẽtibus de poſteriori cum titulo, in interdicto uti poſſidetis, dummodo ille titulus fuerit poſtmodum acquiſitus.*

7 *Teſtibus ueriſimiliora & aptiora deponentibus magis creditur.*

8 *Teſtes ſuper fama deponentes, ſi erunt æquales, creditur ueriſimilioribus.*

9 *Teſtibus dignioribus magis creditur, & perſonæ religioſæ præferuntur.*
10 *Teſtes ſeniores præferuntur iunioribus.*
11 *Dæmones propter uitæ longitudinem, & rerum experientiam, uidentur melius ſcire.*
12 *Teſtium numerus ſupplet defectum.*
13 *Teſtes duo honeſti uincerent centum ribaldos ab alia parte exiſtentes.*
14 *Teſtis unus bonus præfertur centum ribaldis.*
15 *Iudicis arbitrium multum uerſatur circa numerum & qualitatem teſtium.*
16 *Probationes actoris ſi excedunt probationes rei, non abſoluitur reus niſi daretur modicus exceſſus.*
17 *Iudices potius debent errare in abſoluendo, quàm in condemnando.*
18 *Probationes ſi erunt pares, ſententia ferenda erit in rei uel poſſeſſoris fauorem.*

DIſcuſſis probationibus que fieri poſſunt per te-
ſtes, venit modò declarandum quæ teſtium de-
poſitiones ſint referendæ. vel quibus teſtibus ſit ma-
1 gis credendum. † Et dicas teſtibus pluribus numero
& melioribus, vel ſi ſunt æquales numero, digniori-
bus, vel magis peritis, vt habetur per Gloſ. in ca. in no-
ſtra in verſicu. ſed aduerſa. in fin. de teſti. & ibi Abba.
2 nume. 4. dicit, † quòd quando teſtes plures contradi-
cunt, ſi iudex non poterit eos ad concordiam reduce-
re propter impoſſibilitatem, tunc primò recurrendum
erit ad authoritatem, ſecundò ad veriſimiliora depo-
ſita, tertiò ad multitudinem per d. Gloſ. ibi. & per Glo.
3 in c. ſi teſtes. iiij. q. iij. † vel ſi teſtes erunt varij intra ſe,
vel contrarij, ſtandum erit pluribus numero, vel me-
lioribus ſecundum Areti. in c. cum cauſam. nu. 8. & 9.
4 de proba. & per d. c. in noſtra. † Vel teſtibus de priori
poſſeſſione deponentibus, magis credendũ erit, quàm
deponen



deponentibus de poſteriori. l. ob carmen. §. ſi. ff. de te-
ſti. & cap. licet cauſam, de proba. & non Barba. in con-
ſil. vj. & quidem viſo. col. pen. volu. ij. vbi ſubdit, † te- 5
ſtes deponentes de poſſeſſione & titulo, præferendos
eſſe deponẽtibus de poſſeſſione tantùm, & ſecundum
Alexan. in conſi. lxxxviij. quoniã omne datum, in verſi.
ſed præmiſſis. nume. 18. vol. v. † teſtes deponentes de 6
antiquiori poſſeſſione ſine titulo, præferuntur teſtibus
de poſſeſſione iuniori cum titulo, quando agitur cum
titulo vti poſſidetis, dummodo ille titulus poſt illam
antiquiorem poſſeſſionem fuerit acquiſitus. arg. l. ſi
fundus. ff. de fund. dota. & per Bal. in diſputa. ſua incip.
accuſatus de vi turbatiua, col. pen. † Vel teſtibus ma- 7
gis veriſimiliora & aptiora deponentibus creditur, vt
habetur in Gloſ. & ca. j. in verſi. memoria. de præſcript.
in vj. & in d. c. licet cauſam. † Vel ſecundum Bar. in l. 8
de minore. §. plurium. num. 26. ff. de quæſtio. & ibi per
Marſil. num. 53. quando teſtes ſunt æquales in proban-
da fama ſtatur illi famæ, quæ proceſſit ex veriſimiliori
bus præſumptionibus, & quòd teſtibus dignioribus
magis credatur vt dixi, voluit Paris de Puteo in ca. in
finibus. num. 5. de fin. feu. † Vnde perſonæ religioſæ 9
ſunt præferendæ, quia magis dignæ quàm ſeculares,
arg. Gloſ. in c. monachus. in verſicu. examinari lxx. di-
ſtinct. † Vel etiam teſtes ſeniores iunioribus ſunt præ 10
ferendi, vt not. Gloſ. in l. cùm quid. in verſicu. vinum. ff.
ſi cert. pet. & idem videtur ſentire Sozin. in conſi. xcvj.
num. 12. vol. j. per id quod habetur in cap. quoties. de
teſti. per Gloſ. in ca. fin. de offic. archi. † Et ſenioribus 11
magis creditur propter vitæ longitudinem, & rerum
experientiam, & ideò videntur melius ſcire, & eadem
ratione Dæmones ſunt ſapientes, vt dixit textus in ca.
ſciendum. xxvj. quæſt. iij. † Aduertendum erit etiam 12
quòd numerus teſtium ſupplet defectum, vt not. Gloſ.
in l. iij. §. j. in verſic. numerus. ff. de teſti. ibi quod deficit

 in fide

in fide ſupplet numerus, & quam Gloſ. ſequitur Cæpol. in tracta. de ſeruit. ruſti. prædio. in titu. de iure paſcen. num. 11. & Corne. in conſi. cccxxxiij. capio. nu. 37.
13 vol. j. † Si tamen centum viles & ribaldi eſſent ab vna parte, & duo honeſti viri pro alia parte, ſtandum eſſet potius iſtis honeſtis, quia authoritas præfertur multitudini, prout tradidit Abba. in d. c. in noſtra. nume. 6.
14 † Vnde & Barba. in c. ex literis. nu. 18. de proba. dicit, melius eſſe habere vnum bonum teſtem, quàm centum ribaldos, quia tunc poterit deferri iuramentum
15 in ſupplementum. † Et circa teſtium qualitatem & numerum multum verſatur iudicis arbitrium, d. l. iij. §. j. & d. l. ob carmen. §. fi. & per Abb. in d. c. in noſtra. num.
16 6. & Pariſ. in conſi. lvij. nume. 38. volu. j. † Notandum erit etiam, quod vbi actoris probationes excedunt rei probationes, non abſoluitur reus, niſi daretur modicus exceſſus ſecundum Fely. in d. cap. in literis. nume. 5. de proba. per Gloſ. in c. clerici. lxxxj. diſt. vbi habetur, quòd plus creditur duobus laicis pro clerico deponentibus, quàm duobus clericis contra eum depo-
17 nentibus. † & Abba. vt ſubdit ibi Fely. inſtruit iudices, vt non de facili præponant actoris teſtes, ſed velint potius errare in abſoluendo, quàm in condemnando.
18 † Vel ſi probationes eſſent pares, ſententia ferenda eſſet in rei fauorem, ſecundum Boer. in Deci. xlij. in fi. in j. par. vel in poſſeſſoris fauorem ſecundum text. in ca. ex literis, de proba. & vide alia facientia ad hanc materiam infra in ca. lxiiij.

## CAP. LX.

1 *Inſtrumenta & ſcripturæ ſunt inuentæ ad aliquid perpetuæ rei memoriæ conſeruandum.*

2 *Enuntiatiua uerba in inſtrumentis publicis inter ipſas partes confectis probant.*

3 *Enuntiatiua uerba in pluribus inſtrumentis publicis antiquiſsimis inter alios ſcripta plené probant confinia, dominium & poſſeſsionem.*



4 *Iuriſdictio & dominium in antiquis per plura inſtrumenta inter alios confecta probatur.*

5 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſsio probatur per inſtrumentum confectum ſuper fidelitate.*

6 *Priuatio præſupponit habitum.*

7 *Enuntiatiua uerba non probant confinia noua, quando ſunt inſtrumenta inter alios ſcripta.*

8 *Enuntiatiua uerba non probant confinia, quando inſtrumenta ab uno tantum notario ſunt ſcripta.*

9 *Enuntiatiua uerba non probant confinia, ubi ſingulare inſtrumentum produceretur, uel duo.*

10 *Enuntiatiua uerba probant confinia, per duo inſtrumenta in quibus reperiuntur ſcripta.*

11 *Enuntiatiua uerba originem habentia ab eiſdem perſonis non probant, licet ſint ſcripta in pluribus inſtrumentis.*

12 *Enuntiatiua uerba originem habentia à ſuſpectis perſonis non probant, licet ſint ſcripta in pluribus inſtrumentis.*

13 *Enuntiatiua uerba non probant confinia contra eum de cuius poſſeſsionis iuſtitia conſtaret.*

14 *Enuntiatiua uerba ſcripta in fauorem narrantium, & eorum ſucceſſorum non probant.*

15 *Enuntiatiua uerba in materia odioſa, uel pœnali non probant.*

16 *Inſtrumenta antiqua ſi ſunt uaria, quando aliquid in eis narratur, ſtatur pluribus uel melioribus.*

17 *Inſtrumēta antiqua in quibus aliquid enarratur, ſi ſunt uaria non probant.*

18 *Inſtrumenta antiqua dicuntur à quorum receptione cucurrerunt centum anni.*

Declarata ſuperius probatione viuæ vocis, quæ
fit per teſtes in probandis confinibus, nunc erit
1 diſcutiendum de probatione mortuæ vocis, † & ſic
de ea probatione quæ fit per inſtrumenta & ſcriptu-
ras ad perpetuæ rei memoriæ aliquid conſeruandum
inuētas, vt habetur in l.j.& ibi Bal.C.de edi. diui. Aria.
toll.& l.Diuo.ff.de quæſtio.& Gloſ.in l.ſi de interpre-
2 tatione.ff de legi. † Et primo videamus de probationi
bus fiendis per verba enuntiatiua in inſtrumentis pu-
blicis inter ipſas partes confectis ſcripta, quæ abſque
dubio probant ſecundū Guid.Papæ in q.cxciij. in prin.
per l.optimam.C.de cont.& com. ſti. & per l.cum ali-
quis.& ibi Gloſ.& ſcribentes.C.de iure delibe.& licet
Bart. ibi dicat confinia non probari per verba enun-
tiatiua ſcripta in inſtrumentis inter alios confectis, ve-
luti ſi in eis contineretur, actum in tali loco, in domo
talis, per hoc non probaretur talem domum eſſe in ta
li plebanatu, vel ſecundum Pau. Caſt. ibi & Abba. in
conſi.lxij.nume.2.vol.ij.inducerent tantum vehemen-
3 tem præſumptionem. † In contrarium tamen videtur
eſſe communis opin. videlicet, quòd verba enuntiati-
ua in pluribus inſtrumentis antiquiſsimis inter alios
ſcripta in quibus enunciatur aliquem locum eſſe de
iuriſdictione, diœceſi vel deſtrictu plenè probarent,
non ſolum confinia, ſed etiam dominium & poſſeſſio-
nem rerum particularium, vt not. Gloſ.in c. ſi Papa. in
ver.prolata.de priuile.in vj.& per Abba. in c. cū olim.
& Gloſ. in verſicu. inſtrumenta de cenſib. & in c. ſu-
per eodem.nume. 3. de parochi. & per Abba. Fely. &
Deci.in c.cum cauſam.de proba.& per Barba. in conſi.
xvij.præclare.col.xxij.& xxvj.& in conſi. vj.col.v. vol.
ij.& in c.ex literis.in fi.de proba.& Guid. Pap.in conſi.
lxxxviij.nu.2.& Corn.in conſi.cccxxxiij.ca.nu.9.vol.j.
& Sozin.in cōſi.lxv.nu.7.& in cōſi.lxxxviij.& in conſi.
clxvj.vol.j.& per Iaſ.in conſi.lxxxj.nu.2.in ver. ſolum
reſtat.



reſtat.& in conſi. cxiiij.nume.5. vol.j.& Deci.in conſi.
xlij.nu. 7.& 8.& in conſi.ccccxxviij.nume.4. vol.iij.&
Pariſ.in conſi.ciiij. num.26.vol.j. & Aymo, Craue.in
cōſi.liiij.quæritur.nu.11.vol.j. & in tracta. de antiqui-
ta.tempo.in j.par.in prin.nu 7.& per Pari. de Put.in c.
quia in materia.de fin.feu. & per Bald.in d. l. cum ali-
quis, quem ſequuntur Saly. Alex. & Iaſ.& per Iaſ.in l.
admonendi.num.244. ff.de iure.iur. † & ſecundum q̄ 4
voluit Sozin.in conſil.clxxxvij.nu.5.vol.ij.in proban-
dā iuriſdictione & eius dominio in antiquis, plura in-
ſtrumenta inter alios confecta inducunt probationē,
per Gloſ.in d.c.cum olim, † Et ſecundum eum ibi. nu. 5
2. quaſi iuriſdictionis poſſeſſio probatur per inſtru-
mentum cōfectum ſuper fidelitate, & fidelitatis libe-
ratione, quia priuatio præſupponit habitum. c. ad diſ-
ſoluendum. de deſponſat. impub. † Limitatur tamen 6
cōmunis opinio, vt non procedat vbi ageretur de pro
bandis confinibus nouis, quia tunc verba enuntiatiua
non probarent, quādo eſſent in inſtrumētis inter alios
cōfectis, & in hoc caſu opin. Bar. ſupra relata eſſet ve-
ra, & ita declarant Scribent.in d.c.cum cauſam.& Bal.
Saly. Alexan.& Iaſ.in d.l. cum aliquis, & Iaſ.in conſi.
lxv.nu.1.vol.iij.† Vel & ſecundo limitari poſſet, quā- 7
do plura inſtrumenta ab vno tantum notario cōfecta
fuiſſent, quia tunc verba enuntiatiua non probarent,
vt habetur per Flor.in l.in finalibus. ff.fini.regū.& per
Aretin.in d.c.cum cauſam, nu.2. & Iaſ.in conſ. xxxiiij.
nu.7.vol.j.& per Pariſ.in d.conſi.ciiij.num.19.& 20 &
per Deci.in d.conſi. xlij.† Limitatur & tertiò, vbi ſin- 8
gulare inſtrumentū, cōtinens verba enuntiatiua pro-
duceretur ad probandum confinia, quia non proba-
rentur ſecundū Corne.in d.conſi.cccxxxiij.capio. nu.
9.& in conſi.clxxj.nu.10.vol.j.Et idem eſſet, ſi tantum
duo inſtrumenta à diuerſis notariis confecta produ-
cerentur. quia per ea communis opin.non probaretur

ſecundum Sozin.in conſi.cxciiij.nume.9. vol.ij. licet in hoc contrarium videatur ſentire Aymo. Craue. in
9 dicta ſectio.ampliatur nunc num.19. † vbi dicit quòd duo ſufficerent inſtrumenta inter alios confecta in quibus aliquid enunciatur ad probandum confinia.
10 Et deducit Aretin.& Fely.in d.cap. cum cauſam. † Limitatur & quartò ſecundum Sozin. in d. conſi. cxciiij. quoniam plura inſtrumenta, in quibus eſſent verba narratiua, originem habuiſſent ab eiſdem perſonis, quia non probarent, cum ſemper videretur eſſe vnicum & idem teſtimonium, & ob id famæ efficatiam habere non poſſent, vt per Aret. in d. c. cum cauſam, quem ſequitur Sozin.in d.conſi.cxciiij. col.fin. in verſ.
11 ſed ad primum arx.tex.c.ex quadam,de teſti. † Vel & quintò limitatur quando verba enuntiatiua inſerta in pluribus inſtrumẽtis originem habuiſſent à ſuſpectis perſonis,quia tunc non probarent cõmunem opinio-
12 nem & famam,vt ibi per Sozin. † Limitatur & ſextò, quando rem appareret eſſe iuſtum poſſeſſorem, quia tunc iſtæ probationes præſumptiuæ & coniecturales ex verbis enunciatiuis cauſantes non admitterentur contra eum,de cuius poſſeſſionis iuſtitia conſtaret,vt traditur ab eo in d.conſi.cxciiij.col.fin.quem ſequitur Aymo.Craueta.de antiquitate temporum, in j.par.in
13 ſectio.viſo de fama.nume.32.† Limitatur & ſeptimò, quando in antiquis inſtrumentis fuiſſent ſcripta verba enuntiatiua in fauorem narrantium, ſeu affirmantium, vel renuntiantium, & eorum ſucceſſorum,quia tunc non probarent:vt habetur per Bertran. in conſi. clxvij.nu.12.volu.iij.neque eorum aſſertioni ſeu affirmationi ſtandum eſſet ad probandum dominium in facto etiam antiquiſſimo.Et ita procedunt ſiue vnum, vel plura inſtrumenta producta fuiſſent. per Spec. in tit.loca.§. nunc aliqua verſic.lvij.& l.viij.nu.72.&
14 73 † Limitatur & vltimo quando eſſemus in materia odioſa



odioſa vel pœnali, quia tunc verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum non probarent, vt traditur ab Aymo.Craue.in d.ſectione ampliatur nunc.nume.53.
vbi plura ad hoc congerit.. † Neque erit omitten- 15
dum,ſi plura inſtrumenta antiqua, in quibus aliquid enarretur eſſent varia inter ſe, quòd ſtandum eſſet pluribus numero,vel melioribus, ſecũdum quod voluit Aymo.Craue.in prærallegato loco,nume.6.& 14. per l.j.in verſi.ſed & ſi ſit &ibi ſanè crebrior.ff.de offi. quæſtor.& per Aretin.in d.ca.cùm cau.nume.8.& 9.&
ibi per Fely.num.5. † ſed contrarium fortaſſe ſuſtine- 16
ri poſſet, quòd pluribus vel melioribus inſtrumentis credendum non eſſet,quia ſicut propter rerum varietatem diſpoſitio vitiatur vt incerta, l. in teſtamento. la.j.ff.de condi.& demon. & ſicut ex rerum varietate præſumitur rerum varietas & diuerſitas, ſecundum Pari.de Pute.in c.ſi finibus,de fini. feu. ſic etiam ſimili ratione incertitudinis vel varietatis inſtrumentorum poſſet dici nullam eis fidem adhibendam eſſe, & maximè quando inſtrumenta vni & alteri rei adaptari poſſent, per ea quæ tradidit Auguſti. Arima. in addi. ad Ang.in ver. Caium Sempronij. in verſi. tu autem,
nu.6.† Et erit etiam aduertendum quòd inſtrumenta 17
antiqua dicuntur, à quorum receptione cucurrerunt centum anni.vt habetur per Bertran. in conſil.clix. in fi.& in con.clxxj.num.8.vol.ij.

## CAP. LXI.

1 *Enuntiatiua uerba in priuilegiis emiſſa propter aliud,probant confinia in facto antiquiſſimo.*

2 *Enuntiatiua uerba in antiquis inſerta priuilegiis æquipollent famæ, & ſufficit unum priuilegium antiquiſſimum ad probandum.*

3 *Enuntiatiua uerba in literis apoſtolicis proban tconfinia in antiquis.*

*Iuriſdi*

4 *Iuriſdictio & eius fines probantur per priuilegia antiqua.*

1 NOn erit abſonũ inueſtigare ſi verba † enuntia-
tiua in priuilegiis emiſſa propter aliud probent
confinia, quando agitur de facto antiquiſſimo & vide-
tur dicendum quòd ſic ſecundum Gloſ. in c. cum olim
de cenſibus in ver. inſtrumentis & in c. ſi Papa in ver.
prolata. de priuile. in vj. & per Alex. in conſil. vij. viſo
themate. nu. 11. vol. j. & in conſi. xc. nu. 15. & 16. vol. vj.
2 & per Fely. in c. cum cauſam de proba. † vbi habetur
quòd verba enuntiatiua in antiquis inſerta priuilegiis
æquipollent famæ, quæ fama plenam facit probatio-
nem vt dixi ſupra in c. lv. quæ tamẽ ſunt intelligẽda eo
modo quo refert Aretin. in c. cum cauſam. nu. 26. quã-
do verba enuntiatiua proferuntur ab illo qui ſuper
eo quod enuntiauit potuiſſet principaliter diſponere,
& eo caſu vt ipſe dicit, ſufficit vnum priuilegium an-
tiquiſſimum, quia tale priuilegium æquipollet famæ in
probando. per Io. And. in reg. non licet, de reg. iur. in
mercuria. & per Ant. in cap. fin. de ſucceſſio ad inteſta.
& idem videtur ſentire D. Caro. Roui. in conſ. xcij. nu.
13. vol. iiij. Et Aymo. Craue. in tracta. de antiquita. tẽ-
po. in j. par. in ſectio. ampliatur. nunc. num. 18. Et quòd
verba narratiua in principis priuilegio inſerta indu-
cãt probationem, licet alieni facti narrationem con-
tineant voluit Deci. in conſi. ccccxlv. nume. 17. vol. iiij.
& Bertran. in cõſi. clxxj. nu. 5. vol. iij. & faciunt cõgeſta
per Corne. in conſil. xij. in præſenti. nume. 4. volumin.
3 iiij. † vbi dicit literas apoſtolicas in quibus verba
narratiua continentur, in probandis confinibus vel
factis antiquiſſimis, probationem facere, per d. Gloſ.
4 in c. cum olim & in d. c. ſi papa. † & ſecundum quod
traditur per Aretin. in conſil. xlij. in prin. Doctores
omnes concludunt, per priuilegia antiqua iuriſdi-
ctionem



ctionem & eius fines probari poſſe. Et præſcriptio ac probatio reſultabit, vt quicquid in antiquo priuilegio contineatur ſit de finibus illius, cuius ſunt fines in illo deſcripti. & ſimiliter habetur per conſil. lxxij. num. 12. volum. j. & deducit ad hoc Bald. in rub. C. de cont. empto. & vendi. & idem voluit Sozin. in conſil. clxxxvij. nume. 6. in ij. vol.

## CAP. LXII.

1 *Librorum appellatione ueniunt omnia uolumina, ſiue in carta, ſiue in papiro.*

2 *Confinia per libros probari poſſunt.*

3 *Libris plena fides adhibetur quãdo agitur de magno præiudicio, ſi reperti fuerint ſub cuſtodia publica.*

4 *Scriptura quòd ſit auctentica non eſt neceſſarium, quando reperitur ſub publica cuſtodia.*

5 *Libri antiqui non faciunt plenam fidem, niſi ab antiquis fuerit fides adhibita.*

6 *Hiſtorialibus libris & Cronicis, quibus fuit à maioribus fides adhibita creditur.*

7 *Finium lites inter eccleſias non ſunt præiudiciales.*

8 *Libris antiquis cenſualibus eccleſiæ, repertis in eius archiuio fides adhibetur.*

9 *Libris priuatis non repertis ſub cuſtodia, in probationibus, quæ non ſunt de confinibus, ſemiplena fides adhibetur.*

10 *Liber contra ſcribentem & non in eius fauorem probat, niſi eſſet alicuius defuncti boni, quia faceret aliqualem præſumptionem.*

11 *Liber defuncti bonæ famæ facit ſemiplenã probationẽ.*

12 *Libris mortuorum magis creditur quàm uiuorum, quia nemo præſumitur uelle mori cum peccato.*

CVm autem inter mortuę vocis probationes, cõtineantur libri, erit igitur declarandum ſi per
eos

1 eos confines probari poterint.† Et in primis notandum erit,quòd librorum appellatione omnia veniunt volumina, ſiue in carta, ſiue in papiro, per Bald. in
2 conſil. cclxvj. thema proponitur volum. j.† Et quòd confinia per libros probari poſſint, videtur eſſe tex. iuncta. Gloſ. in c. ad audientiam. & ibi per ſcriben. de præſcript. & in cap. cum cauſam & ibi Gloſ. Abba. & Imo.& Alij Doctor. de proba. & traditur à Bald. in d. conſil. cclxvj. & per Abba. in conſil. lxij. nume. 12. in ij.vol.& Gui.Papæ in q.cxiiij.in verſi.quinto, & Corne.in conſi.cxlij.videtur prima.nume.9.vol.iiij.& Bartho.Caſſen.conſi.xv.nu.2.& Hierony.Grat. in reſpon.
3 cxxij. volu. iiij.† Iſta tamen ſecundum Doctor.ibi & Corne.in conſ.clxxij.videtur in hac.vol.j. ſunt intelligenda,quòd vbi ageretur de magno præiudicio,plena fides libris antiquis adhiberetur,ſi reperti fuiſſent ſub cuſtodia publica per Ioan.And.& Hoſtien.in d.c.cum
4 cauſam, & tenetur ita communiter.† Nec eſſet tunc neceſſarium quòd ſcriptura fuiſſet auctentica, quãdo reperiretur ſub cuſtodia publica,& maximè in caſibus in quibus erit difficilis probatio, prout eſt in materia finium antiquorum:& vt habetur per Fely.in d.c.cum
5 cauſam omnes ſcribentes ſequuntur Hoſti.† videlicet quòd libri antiqui non faciant plenam fidem, niſi
6 ab antiquis noſtris fuerit fides illis adhibita.† Et ſic libris hiſtorialibus & cronicis, quibus à maioribus noſtris fides adhibita fuit creditur.vt eſt Gloſ.in c.inter dilectos.in ver.magis.de fide inſtru.& in c.venerabilem.in ver.tranſtulit,de electio.& per Bart.in l.j.nu. 12.ff.ſi cert.pet. & per Deci.poſt alios.nume.22.& facit quod voluit Gozadin. in conſil. viij. nume. 99.&
7 Hiero.Grat.in reſpon.ix. nume.5.volu.j.† Et alias eis non crederetur,niſi in iis quæ non ſunt præiudicialia, vt in materia finium inter Eccleſias.in cap. cũ apoſto-
8 lica.de his quæ fiunt à præla.† Et ſimiliter libris antiquis



quis cenſualibus eccleſiæ,repertis in eius archiuio,fides danda eſſet,ſecundum Aymo.Crauet.in cõſ.clviij. nu.4.vol.j.& per Abba.in cõſi.lxxiiij.duo. in fi. primi.
dubij.vol.j.† Aliis autem libris priuatis non repertis 9
ſub cuſtodia in probationibus, quæ non ſunt ſuper confinibus ſemiplena fides adhiberetur in antiquis, quãdo ſunt virorum legalium,ſi iuramentum eis præſtari poterit vt voluit Sozin.in conſi.vij.nu.16.vol. ij.
& ſecundum deciſio Tholo.ccccxcvj.† ſic erit diſtin- 10
guendum aut ſumus in procedẽtibus à voluntate ſcribentis,& liber probat ſecundum communẽ opinionem.l.Neſennius.ff.de nego.geſt.& c.fin.de ſucceſſio. ab inteſta. vel ſumus in libro in quo reperitur aliquid ſcriptum in ſcribentis fauorem,& non probat,niſi liber fuiſſet alicuius defuncti boni,quia faceret aliqualem præſumptionẽ, & probaret iunctis aliis adminiculis,& iſta confirmantur ex deciſio. Boer. cv.num.6.
tho.j.† vbi dicit librum defuncti bonæ vitæ facere ſe- 11
miplenam probationem, & ſufficere vnum teſtem cũ illo libro.vel in ſupplementum probationis poſſe deferri iuramentum hæredi, ſi tamen ſciebat veritatem,
† & ſic libris mortuorum magis creditur,quàm libris 12
viuorum,prout voluit Sozin.in conſi.clxxxvij.nu.16. vol.ij,per tex.& Bald.in l.rationes. C.de proba. & ibi
Paul.Caſtren.qui hac ratione mouetur.† quòd nemo 13
præſumitur velle mori cum peccato mortali. Et prædictis adde Pariſ.in conſil.ciiij.nume.76.

## CAP. LXIII.

1 *Scripturæ inuentæ ſub cuſtodia publica, & non aliæ plenam faciunt fidem.*

2 *Scripturæ librorum non auctenticorum & lapidum plenam faciunt fidem.*

3 *Scripturis antiquiſſimis creditur, quando agitur de magno præiudicio.*

*Scripturæ*

4 *Scripturæ ſi repertæ fuerint in loco, ubi auctenticæ ſolitæ ſunt cuſtodiri, uel ſi à maioribus ſolet præſtari fides, faciunt probationem plenam.*

5 *Præſumptio multa inſurgit ex ſcripturis & factis antiquiſſimis.*

6 *Scripturæ ſi non fuerunt repertæ in loco, ubi cuſtodiri ſolent auctenticæ, uel ſi eis à maioribus creditum non fuit, faciunt præſumptionem & non probationem.*

7 *Scripturæ priuatæ probant dominiũ & iuriſdictionẽ.*

8 *Nobilitas & legalitas uiri faciunt præſumptionem pro ſcriptura priuata, ut contineat ueritatem & non falſitatem.*

9 *Scripturis priuatis in antiquis, plena fides adhiberetur ſi iuramentum præſtari poſſet.*

10 *Scripturis priuatis archiuij publici extra territorium non creditur.*

11 *Scripturis priuatis repertis in archiuio publico, fides adhibetur quinque concurrentibus.*

12 *Scripturis priuatis repertis in archiuio publico extra territorium, fides præſtatur inter perſonas ſubditas illi territorio, ubi fuerunt repertæ.*

VIſo de probationibus fiendis per libros, nunc erit diſcutiendum de eis quæ fiunt per ſcripturas in archiuio publico repertas in probandis confinibus, & Abb. in c. cum cauſam. nume. 1. de proba.
1 quem ſequitur Aretin.dicit, † quòd licet Gloſ. ponat plures ſcripturarum ſpecies fidem facere, non tamen diſtributiuè plenam faciunt fidem, ſed ille tantum, quæ ſub publica & fideli cuſtodia ſunt ſeruatæ, & ita
2 diſtinguitur.† aut agitur de nullius præiudicio, & tũc ſcripturæ librorum non auctenticorum & lapidum fidem faciunt. veluti ſi dubitatur an eccleſia ſit conſecrata,





crata, vel infans baptizatus, quia tunc ſufficiunt probationes non plenæ. vt not. Gloſ in c. ſanè el. ij. in ver. dictitiis. xxiiij. quæ. ij. & Inno. in rub. de conſecratio. eccle. vel. altar. † Et idem erit quando agitur de modico 3
præiudicio, & factum ſit antiquiſſimum, arg. d. ca. cum cauſam. † Aut agitur de magno præiudico, & tunc ſi 4
eſſet talis ſcriptura, vel liber, cui ab antiquis noſtris communiter ſit creditum, vel ſi reperiretur in illo loco, vbi ſolum reſeruantur ſcripturæ auctenticæ, & plenam faciunt fidem, c. ad audientiam, de præſcript. & facit l. cenſus. cum Gloſ. ff. de proba. & not. Bart. in l. j. ff. ſi cert. pet. & per Corne. in conſi. cccxxxiij. capio. num. 7. volum. j. vbi dicit ſcripturis in archiuio publico repertis, fidem adhibendam eſſe, per auct. ad hæc. C. de fide inſtru. & per Gloſ. in cap. peruenit. in ver. archiuis. xxx. q. j. † Et Laurenti. Calca. in conſi. xc. quia iſta quę- 5
ſtio. vult pro ſcripturis & factis antiquiſſimis multum præſumi, & plura ad hoc congerit, & ibi nume. 5. vult præſumendum eſſe pro ſcripturis antiquis, & eis ſtandum, non ſolum quando agitur de finibus terrarum ſingularium perſonarum, ſed etiam quando agitur de finibus publicis diœceſum, ciuitatum, caſtrorum & villarum. † Aut eſt talis ſcriptura vt ibi Abba. proſe- 6
quendo diſtinctionem declarat, cui à maioribus noſtris communiter creditum non fuit, nec reperitur in loco vbi ſeruatur auctenticè, & talis ſcriptura ſeu liber adminiculum, ſeu præſumptio. facit, non autem plenam probationem, vt habetur in d. c. ad audientiam à cõtrario ſenſu, & ſecundum Sozin. in conſi. clxxxvij. num. 3. vol. ij. † Scripturæ priuatæ conferunt, quo ad 7
dominij & iuriſdictionis probationem, quod probatur per indicia. l. indicia & ibi Iacob de Aretin. Bald. & Salæ. C. de rei vendi. & Gloſ. Bald. & Saly. in l. proprietas. C. de proba. & facit Gloſ. & quod ibi not. Cano. in c. tertio loco. de proba. & Sozin. in d. conſil. clxxxvij.

8 nume.6.vult † quòd propter nobilitatem & legalitatem inſurgat. præſumptio pro priuata ſcriptura, vt veritatem & non falſitatem cõtineat per Bald. in rub. C. de fid. inſtru. & Abba. in c. ij. eo. tit. † Et in antiquis ſcri-
9 pturis priuatis ſi poſſet præſtari iuramentum, plena adhiberetur fides, ſecundum Bald. & Saly. in l. j. C. de eden. erit tamen aduertendum ſecundum Fely. in d. c. ad audientiam. nume. 14. & Alexan. in conſi. cxxxviij. nume. 7. volum. j. & Sozin. in d. conſi. clxxxvij. num. 20.
10 † ſcripturis priuatis archiuij publici extra territorium fidem non adhiberi. licet Aretin. in d. c. cum cauſam dicat de iure veriorem eſſe opinionem, quòd ſcripturis archiuij publici extra territorium fides adhibeatur, ſed propter authoritatem tenentium contrarium, ſeruaretur in practica contraria opinio, quam eſſe communem atteſtatur Aymo. Craue. in tracta. de antiquita. tempo. in par. j. in ſecti. quartò limitatur. num. 11. Notandum erit etiam ſecundum Fely. in d. c. cum cauſam, nume. 8. quem ſequitur Deci. nu. 7. & not. So-
11 zin. in conſi. cclviij. nume. 5. volum. ij. † quòd ſcripturis priuatis in archiuio publico, repertis, fides erit adhibenda, tribus concurrentibus, videlicet quòd ſcriptura in archiuio publico reperta cuſtodem de publico habeat. Secũdò quòd ſcriptura ſit poſita inter ſcripturas auctenticas. Tertiò quòd ex conſuetudine illis fides adhibeatur. per Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de inſtru. edi. §. nunc dicendum in magna addi. in verſi. quintum ſupplementum, & prædicta confirmantur per Aymo. Crauet. in d. ſectio. quartò limitatur. nu. 1. addendo etiam quartum requiſitum. Videlicet quòd illa ſcriptura habeat teſtimonium officialis deputati ad cuſtodiam archiuij publici, id eſt quòd officialis publicus, vel Commentarienſis, ſit rogatus de tali ſcriptura, & ipſe eam ſcripſerit, vel quòd atteſtetur eſſe ſcripturam archiuij publici. per Corne. in conſi. cxlij. col.



col. iij. verſicu. reſtarent, vol. iij. & per Deci. in d. c. cum cauſam. col. iij. in quarta falentia, & poſſet addi. quintum requiſitum quod tradidit Deci. in conſi. cccclviij. vbi vult ad hoc vt ſcriptura priuata archiuij publici fidem faciat, quòd ſolum ibi reponantur ſcripturę publicæ, & ſecus eſſe ſi aliæ ſcripturæ non auctenticæ ibi reponerentur, quia tunc propter locum non diceretur ſcriptura auctentica, quod tamen requiſitum videtur incidere in ſecundum ſupra relatum. † Iſta ta- 12
men communis opinio limitari poſſet, vt credatur ſcripturis priuatis repertis in archiuio publico extra territorium inter perſonas ſubditas illi territorio vbi repertæ fuere, licet quo ad alias perſonas, non crederetur eis per ea quæ habentur per Aymo. Crauet. in d. ſectio. nume. 8. per Bart. in l. j. nume. 34. C. de ſum. trini. & fid. catho.

## CAP. LXIIII.

1 *Cataſtum fieri ſolitum eſt, ut collectæ ſecundum illud & cenſus imponantur.*

2 *Collectarum ſolutio per libros & ſcripturas probari debet, & non per teſtes.*

3 *Collectarum ſolutio in ſcriptis redigi debet, ut exactionis ratio per exactores reddi poßit.*

4 *Collectarum & cenſus ſolutio denotat ſoluentes ſubiacere illi cui ſoluunt.*

5 *Cataſtum ſine ſolutione non probat, & non præiudicat illis qui non conſenſerunt.*

6 *Cataſtatio illius qui eſt debitor onerum realium in uno loco, non præiudicat alteri loco.*

7 *Cataſtum præbet ſignum, quòd bona in illo acataſtata, ſint illius cuius eſt cataſtum.*

8 *Cataſtum repertum penes egregias perſonas, iunctis aliis adminiculis probat confines.*

 Proba

PRobationum mortuæ vocis materiá proſequen-
do,declarandum venit, ſi confinia territoriorum
per cataſtum probari poſſint, & erit vtile ſcire, quia
cataſta in finalibus controuerſiis à Communitatibus
ad eorum intentionem fundandam in iudicio ſæpè
1 producuntur. † Sed in primis prætermittendum non
erit cataſtum fieri ſolitum, vt ſecundum illud cenſus
& collectæ imponantur, vt habetur per Corn.in conſi.
2 cccxxxiij.capio.num.6.vol.j. † Et collectarum ſolutio
ſecundum Bar.in l.j.nume.9.C. de apoc.public. lib. xj.
probari debet per ſcripturas, ſeu per libros, & nó per
teſtes. Ad idem facit quod voluit Bal.in l.iij.in pe. col.
in fin. in ver. ſed qualiter probetur ſolutio. C. de iure
emphyteu.& ibi per Iaſ.& per Bart.& Doctor.in l.de-
3 cem.ff.de verb.obliga. † Et collectarũ ſolutio in ſcri-
ptis redigi debet, vt exactionis ratio per exactores red
di poſſit, ſecundum Bar.in l.apparitores.C. de exacto-
ri.lib.10.& forenſibus ratione bonorum exiſtentium
in alieno territorio, à ſtatuentibus poſſunt grauiores
imponi collectæ, in eorum territorio. vt habetur per
Aymo.Crauet.in conſi.ccj.præſupponitur in facto.nu.
14.vol.ij. Iſtis modo ſic declaratis erit diſtinguédum,
Aut cataſtum vnà cum ſolutione producitur, & facit
4 probationem. † quia per impoſitionem cenſus & col-
lectarum deprehenditur quod locus vel villa ſoluens
cenſum vel collectas, ſit de territorio ſiue iuriſdictiò-
ne illius, vel loci cui ſoluitur, ſecundũ Alexan.in conſ.
xxxv.viſo.proceſſu.nume.4.vol.iiij.per §. ſi quis igitur
ex qualibet.in auct.quib. mo. natu. effi. legi. & ibi per
Gloſ.in verſi.perſoluatur, & per Bald.in l.iij.C. de na-
tural. liber.vbi per illum tex.not. per cenſus & colle-
ctarum ſolutionem deſignari ſubiectioné, & per eam
probari, quòd caſtrum, vel villa ſit de territorio illius
cui ſoluitur, & per tex.in d.l. iij. ibi ſub quo vicus vel
poſſeſſio cenſeatur. Idem voluit Corne.in conſi.præ-
allega.



allega.cccxxxiij.num.6. † Aut cataſtum de per ſe ſine 5
ſolutione produceretur, & non probaret ſecundum
Fely.in c.cum cauſam.num.2. de proba. vbi dicit ſi res
deſcripta reperitur in cataſto tanquam alicuius. per
hoc non tenderet in illius præiudicium, qui non con-
ſenſit:& idem voluit Aymo.Crauet.de antiquita.tem-
po.in j.par.in ſectio.quarto limitatur.nu.71. Et quòd
cataſtum non probet de per ſe dominium vel poſſeſ-
ſionem contra eos qui ſcripturæ cataſti non conſenſe-
runt neque interfuerũt, traditur à Bal.in l.ſi pater. per
illum tex.C.de actioni.empti.& in l.ſolennibus.C. de
rei védi.& per Alex.in conſi.lxij.in cauſa & lite.nu.16.
vol.vij.& in conſi.lxxvij.viſo proceſſu.nu.11.vol.vj. Et
per Lanfran.de Oria. in c.quoniam contra falſam, in
verſi.teſtium, nu.165. de proba.& hanc eſſe cómunem
opin.atteſtatur Pariſ.in cóſi.ciiij.in fin.vol.j.† Et ſimi- 6
liter Roma.in conſi.cclxxv.Quo ad primũ dicit, quòd
cataſtatio illius nomine facta, qui eſt debitor onerum
realium in vno loco, non nocet alteri loco, qui in ipſis
exigendis eſt creditor, per l. debitoris ad diem. C. de
pact. & l. inter debitores. ff. eo. & erit not. ſecundum
Corneũ in citato conſil.cccxxxiij.nu.3.in conſi.clxxij.
videtur in hac.vol.j.† quòd cataſtum præbet non me- 7
diocre ſignum & argumentum & quòd bona in illo de
ſcripta ſint illius.Communitatis, cuius eſt cataſtum, &
ad idem facit quod voluit Alex.in conſi.xcij. viſo pro-
ceſſu.nu.5.vol.i.& Sozin.in conſi.lxxxix.nu.12.vol.j.
& Pariſi.in conſi.liij.primò dicendum, nu.21.volum.j. 8
† Et cataſtatum ſiue æſtimum ſi fuit repertum penes
egregias perſonas, iunctis aliis adminiculis probat
confines, vt habetur per Barba.in conſi.xvij.col. xxiiij.
& xxv.vol.ij.& conſi.vj.eo.vol.

## CAP. LXV.

1 *Scripturæ in lapidibus ſcriptæ faciunt plenam proba-*
*tionem,*

*tionem, in nō tendentibus in alicuius præiudicium.*

2 *Literæ in lapidibus ſcriptæ non plenè probant, ſed adminiculantur, ubi agitur de graui præiudicio.*

3 *Scriptura in lapide plenè probat, quandò eſſet facta ab illo qui poſſet dare fidem ſcripturæ.*

4 *Literis ſcriptis in lapidibus ita præſtatur fides, ſicut ſcripturis publicis.*

5 *Literæ ſcriptæ in lapidibus terminorū plenè probant.*

6 *Literæ ſcriptæ in lapidibus dicūtur ſcripturæ publicæ.*

ET cum literæ in lapidibus ſcriptæ connumerentur
etiam inter mortuæ vocis probationes, ideò de-
clarabimus, ſi per ea confinia probari poterint, & Ab-
ba.in c.cū cauſam, nu.1.de proba.in verſi. tertio. Gloſ.
1 not. vult, † quòd credatur ſcripturæ ſculptæ in co-
lumna, vel lapide, & facere plenam probationem, in
non tendentibus in alicuius præiudicium, in aliis verò
adminiculantur ſecundum loci qualitatem, vbi repe-
riuntur, & ſecundum præiudicij quantitatem, c. ſanè,
2 col.11.in ver.dictitiis, xxiiij. q. ij. † Et quòd literæ in
lapidibus ſculptæ non faciant plenam probationem,
videtur eſſe tex.in l.monumentorum.ff.de religio. vbi
ſepulchri vel monumentorum ſcripturæ non probant
proprietatem ipſorum, & idem videtur ſentire Fely.in
d.c.cum cauſam, nu.8.& 27.dicens, Doctores commu-
niter velle, quòd tales ſcripturæ non probent, ſed ad-
miniculentur, vbi agitur de graui præiudicio, dato
3 quòd eſſemus in facto antiquiſſimo. † Et ſecundum
eum in vno tantum caſu, eis plena fides adhiberetur,
quando conſtaret, quòd ſcriptura in lapide ab eo eſſet
facta, vel illius auctoritate, qui poſſet dare fidem ſcri-
4 pturæ. † His tamen non obſtantibus, veritas videtur
eſſe in cōtrarium, quòd ita credatur literis in lapidib.
ſcriptis, ſicut ſcripturis public. per Gloſ.j.in c.j.in ver.
ſcripturam appello.de fide.inſtru. Et quòd per talem
ſcriptu



ſcripturam confinia probētur, habetur per Guid. Pa-
pæ in q.cxciij.in ver.ſexto.per d.c.ſanè el.ij.& per l. j.
& ij.ff.de albo ſcriben.& per not.Gloſ.in d.c.cum cau
ſam quam ſequitur Corne. in conſil. clxxj. videtur in
hac nu.10.vol.j.& in conſil.cccxxxiij.capio, num.5. eo.
vol.& in conſi.clxij.videtur primo.nu.6.vol. iij. & per
Pau.de Caſt.in l.ſi à furioſo.in fi.C.de teſta.& eandem
opinio.ſequitur Laurenti.Calca.in conſi. xc. nu. 7. vbi
vult ita credendum eſſe literis in marmore ſcriptis ſi-
cut ſcripturis publicis per tex.& Bart.in d.l.monumen
torum, & per plura ibi per eum cumulata, † & eo ma- 5
ximè quando ſunt ſcriptæ in lapidibus terminorum,
quia ex quo ita ſcriptum reperitur, & ita ordinatum
eſſe præſumitur l.Titio.§.pe.ff. de verb. oblig. & l. ex
hac ſcriptura. ff. de donatio. † & dicuntur ſcripturæ 9
publicæ, quia in loco publico ſunt poſitæ.& ad no.per
Bartho.Caſſen.in conſil.xv. & Giero. Grat. in reſpon.
cxxij.nu.3.vol.ij.

## CAP. LXVI.

1 *Confines per famam probantur, & fama per teſtes, inſtrumenta, & alias ſcripturas probatur.*

2 *Fama ex pluribus inſtrumentis antiquis inducitur, & ex ea reſultat plena probatio.*

3 *Fama per duo inſtrumenta probatur, ſicut etiam ex uerbis duorum inſtrumentorum reſultat probatio.*

4 *Fama per duos teſtes probatur.*

5 *Inſtrumenta ſunt maioris roboris quàm teſtes.*

6 *Probatio nulla melior in antiquis fieri poteſt quàm per inſtrumenta.*

7 *Fama per plura inſtrumenta ab uno tantum notario confecta non inducitur.*

*8 Fama probatur per literas bonorum uirorum.*

*9 Communis opinio inducitur ex pluribus inſtrumentis antiquis.*

*10 Fama probat non ſolum confines, ſed etiam dominium antiquiſſimum iuriſdictionis.*

*11 Fama quando facit probationem in cauſſis quæ non ſunt ſuper confinibus.*

1 ET quia † vt inquit Bald.in conſi.cclxxxvj. thema
proponitur.vol.j.confines per famam probantur.
vt ſupra in c.iv.concluſum fuit, qualiter fama probari
poſſit per teſtes, nunc erit declarandum qualiter per
2 inſtrumẽta, vel alias ſcripturas probari poſſit, † & di-
cas quòd fama ex pluribus inſtrumentis antiquis indu
citur, & ex ea plena reſultat probatio.vt not.in l. pro-
prietate. in Gloſ.fi.C.de proba.& in Glo.in l.atqui na-
tura.§.cum me abſente.in ver. cõmittatur. ff.de nego.
geſt.& per Barba.in conſi.vj.& quidem viſo col.iiij.&
vij.vol.ij.& in c.ex literis.nu.39.de proba. & per Fely.
in c.cum cauſam.nu.4.& 9.eo.tit.& Pari.de Put.in cap.
quia in materia.nu.3.de fini.feu.& per Aymo.Craue.in
tracta.de antiquit.tempo.in j. part. in ſecti. viſo de fa-
ma.nu.22.& in ſectio.ampliatur nunc.nu.8.& licet ſe-
cundum Aret.in d.c.cum cauſam.nu.23.fama non pro-
batur per vnum vel duo inſtrumenta, ſed per plura,
3 † tamen cõtrarium poſſet dici, quòd per duo induca-
tur inſtrumenta, ſicut etiam per duo inſtrumenta, ver-
ba narratiua continentia, inducitur probatio, vt habe-
tur per Aymo. Crauet. in d.ſectione. ampliatur nunc,
4 nu. 19. † Vel ſicut fama per duos teſtes probatur, vt
not.Gloſ.in c.ſi teſtes.§.item ſæpe in Gloſ.fama. 4.q.3.
& Gloſ.in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.& habetur in deci-
5 ſio.Tholoſ.379.in addi.incip.idẽ tenet Siculus. † mul-
tò fortius probari poſſet per duo inſtrumenta, quę
ſunt maioris roboris, vt eſt Gloſſ. fin. in cap. tertio





loco de proba.quã ſequitur Corne.in cõſil.cclxxxvij.
nume.18.vol.j.& Sozin.in conſi.clxvj.nume.2. vol.ij.
& in conſil.lxxxvj.nume.iij.vol.j.& per Alex.in conſi.
clxvij.in cauſa, & lite.nume.3.volum.6.& per Aret. in
conſi.xlij.nu. 2. & per Pariſ.in conſi.ciiij.nu.46.vol.1.
vbi dicit probationes per inſtrumenta vincere proba-
tiones per teſtes: & ad idem facit, quòd voluerunt
Marſil.in rub.de proba.nu.192.& Aymo.Cra.in conſi.
liiij.nu.15.vol.j.& Bartho. Caſſen.in conſi.xv.nu.4. &
Fely.in d.c.cum cauſam nume.6. † vbi dicunt nullam 6
probationem meliorem in antiquis fieri poſſe, quàm
per inſtrumenta, & recurrendum eſſe ad memoriales
antiquos, tanquam ad ſtipites veritatis, qui in æter-
num permanent. † Limita tamen prædicta non proce- 7
dere, quando plura inſtrumenta ab vno tantum nota-
rio cõfecta fuiſſent, quia tunc non cõſtituerẽt famam,
per Fely.in d.c.cum cauſam. nu. 4. quem ſequitur Pa-
riſi.in conſi.ciiij.nu.20.vol.j.& vt traditur à Bal.in c. j.
§.ſi duo.num.j.de pace tenen. † Fama etiam probatur 8
per literas bonorum virorum, per ea, quæ not. Inno.
in c.cum in tua deſponſali.& per Alex.in addi.ad Bart.
in l.de minore.§.plurium in ver, quæro, qualiter.ff.de
quæſtio. † Et communis opinio inducitur ex pluribus 9
inſtrumentis antiquis ſecundum Sozin.in conſ.clxxxv.
num.5.volu.ij.& per Bal.& Saly.& Alex. in l.cum ali-
quis.C.de iure.delibe.per l.cum de lanionis.§.aſinam.
ff.de fun.inſtruc. & l.athletas in prin. ff.de ſupel. lega.
† Et per famam non ſolum probantur fines, vt dixi, 10
ſed etiam probatur dominium antiquiſſimum loci, &
iuriſdictionis, vt voluit Bertran.in conſi.clxxj.num.5.
vol iij. † & quando fama faciat probationem in cau- 11
ſis, quæ non ſunt ſuper confinibus, traditur ab Alex.
in conſil.ccviij.viſo ſummario, nu.12.& 13.& 14 vol.
ij.& in conſil.lxxxiij.viſo themate.num. 8. & 9.vol.iij.
& in conſil.cl.in cauſa, numero nono, vol.ſexto.

## CAP. LXVII.

1 *Iudex inclinare debet in fauorem illius, qui habet antiquiorem Poſſeßionem.*

2 *Poſſeßio antiquior antiquitus pacificè poſſeſſa, eſt potior nouella turbatione, & turbatiua non debet patrocinari turbantibus.*

3 *Poſſeßio recentior præſumitur clandeſtina, conſtito de antiquiori poſſeßione.*

4 *Titulum habens præfertur tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio ſi non conſtat de antiquiori poſſeßione.*

5 *Reus abſoluitur, quando probationes ſunt pares inter actorem, & reum.*

6 *Abſolutio eſt fauorabilior quàm condemnatio.*

7 *Probationes, quando ſunt pares inter actorem & reum in interdicto uti poßidetis, ille uinceret, qui probaret de titulo in poſſeſſorio.*

8 *Proprietas iuuat poſſeßionem, & è conuerſo.*

9 *Poſſeßio antiquior ſine titulo, præfertur poſteriori cum titulo, dummodo titulus fuerit acquiſitus poſt antiquiorem poſſeßionem.*

DEclaratis viuæ & mortuæ vocis probationibus,
1 quæ fieri debent in cõtrouerſiis finalibus.† nũc
expedit diſcutere, quando res redderetur dubia hinc
inde propter probationum & poſſeſſionum intricationem,
& actuum mixturam, in cuius fauorem iudex
inclinare debet. & ſecundum Bal. in conſi.ccccLxviij.
qualiter probentur pertinentiæ.nume.8.volu.iij.dicas
in illa cauſa obſiſtere illum, qui habet antiquiorem
poſſeſſionem.c.licet cauſam.de proba.& ratio erit ſe-
2 cundum Pari.de Put.in c.in fini.feu. † quia antiquior
poſſeſſio antiquitus pacificè poſſeſſa, licet incipiat
turbari, erit potior nouella turbatione, cùm quantò
antiquior tanto iuſtior. & turbatiua turbantibus pa-
troci



trocinari non debet, d.c.licet cauſam, & qui fuerunt
turbatores, ergo poſteriores. argu.l.j.ff.de appel.
† Et vt habetur per Sozin. in conſil. clxxxvij. nume. 3
25. volumin. ij. conſtito de antiquiori poſſeſſione ali-
cuius, ſi poſtmodum conſtaret de alterius recentiori
poſſeſſione, præſumeretur clandeſtina. per Bal.in l. ſi
duo.ff. vti.poſſi. † Et ſi non conſtaret quæ eſſet an- 4
tiquior poſſeſſio, & tunc ſi vnus haberet titulum, &
alter non, ille qui habet titulum vincet, tam in poſſeſ-
ſorio quàm in petitorio, vt per Iaco.de Are. in l.quo-
ties.de rei vendi.† Et ſi probationes erunt pares inter 5
actorem & reum, licet actor reperiatur in poſſeſſione,
nihilominus reus abſoluitur, ſecundum Corne. in
conſil. cclxxxij.nu.13.vol.4.& Fely.in c.ex literis.nu.
5.de proba. † quia fauorabilior eſt abſolutio, quam 6
cõdemnatio.l.Arianus.ff.de actio.& obliga. † Iſta ta- 7
men procederent in interdicto vti poſſidetis, quãdo
probationes eſſent pares inter actorem, & reum, quia
ille vinceret qui probaret de titulo in poſſeſſorio.† Et 8
ſicut proprietas iuuat poſſeſſionem, & è conuerſo, vt
traditur à Fely.ibi Aduerte tamẽ vt habetur per Alex.
in conſil.lxxxviij. quoniam omne datum, in ver. ſed
præmiſſis.nu.18.vol.v.† quòd habens antiquiorẽ poſ- 9
ſeſſionem ſine titulo præfertur habenti iuniorem cum
titulo. dummodo ille titulus fuerit acquiſitus poſt il-
lam antiquiorem poſſeſſionem, per Bal. in diſput. ſua
incip.accuſatus de vi.turbatiua.col.pe.arg.l. ſi fundus.
ff.de fun.dota.

## CAP. LXVIII.

1 *Iuramentum quando deferatur à iudice, uel à parte parti, ob defectum probationum.*

2 *Iuramẽtum promiſſoriũ dicitur quod ſuper futuro fit.*

3 *Iuramentum promiſſorium ſi rumpitur infamat, quia frangitur fides Deo & homini.*

Iuramen

4 *Iuramentum aſſertorium dicitur, quòd ſit de præterito uel præſenti, & non infamat.*

5 *Iuramentum aſſertorium aliud eſt de calumnia, aliud de ueritate, & aliud de malitia,*

6 *Iuramentum aſſertorium eſt uoluntarium, neceſſarium & iudiciale.*

7 *Iuramentum neceſſarium eſt quod deſertur à iudice in defectum probationis, nec poteſt referri uel recuſari, ſed poterit ab eo recedi propter nouas probationes.*

8 *Iuramentum neceſſariũ dicitur etiam ſupletoriũ, unde ſi plures teſtes in unam concordant ſentẽtiam, tunc abſque iuramento poterit fieri ſententia.*

9 *Iuramentum defertur in ſupplementum, quando unus bonus teſtis reddidit rationem in cauſa ſcientiæ quia tunc faceret ſemiplenam probationem, alias ſecus.*

10 *Iuramentum in quibus caſibus non deferatur in ſupplementum, remiſsiuè.*

11 *Iuramentum in iurgiis finalibus antiquis poterit præſtari actori, quando probauit per unum bonum teſtem quia finium regundorum lites dicuntur modici præiudicij in certis caſibus.*

12 *Iurare ſiquis nollet, uel iuramentum deferre, eſſet manifeſtæ turpidinis.*

13 *Reus quando nihil eſt probatum, uel præſumptum, poteſt dicere, nolo iurare.*

14 *Iuramentum quando defertur, quatuor requiruntur.*

15 *Iuramentum in cauſis criminalibus, quando deferri poterit remiſsiuè.*

16 *Iuramentum non defertur in cauſis ſpiritualibus, ut monachatus, uel matrimonij.*

17 *Iuramentum non defertur in alieno facto, & ſic quis*

*non*



*non cogitur iurare, nec iuramentum deferre.*

18 *Iuramenti delatio cui ſit magis danda relinquitur iudicis arbitrio.*

19 *Iuramentum quando petenti defertur, ſex copulatiuè requiruntur.*

20 *Iuramentum in cauſa appellationis peti poteſt: licet non fuerit petitum in prima inſtantia.*

21 *Iudex requiſitus, ſi non præſtet iuramentum, dicitur facere litem ſuam.*

VIſo de probationibus, quæ fieri poſſunt per vo-
cem viuam, & mortuam, nunc erit diſcriben-
dum illud quod habetur per Specu. in tit. de iura. dela.
in prin. † Videlicet quando ob defectum plenæ pro- 1
bationis, actori iuramentum deferatur à iudice, & à
parte parti, iuxta ea quæ habentur in c. fin. de iureiur.
& l. j. & ij. & l. manifeſtæ. ff. eo. & ideo ad inſtructionem
aliqua referam per eum relata, breuius quam potero.
† Et præmittendum erit aliud eſſe iuramentum pro- 2
miſſorium, & aliud aſſertorium, & promiſſorium di-
citur quod ſuper futuro fit, videlicet ſi promittatur
aliquid dandum, vel non dandum, & faciendũ vel non
faciendum, veluti ſi quis iuramento promittat in iudi-
cio ſiſtere, vel lité exequi, auct. generaliter. C. de epi-
ſcop. & cleric. & in c. j. in fi. de ſeq. fruct. † & tale iura- 3
mentum infamat, quia frangitur fides Deo & homini,
& magis imputatur tunc quàm ſi iuraretur de præ-
ſenti, & de præterito quia maturius & plenius deli-
berare poterat, l. ſi qui maior C. de tranſ. † Aſſertoriũ 4
verò iuramentum dicitur quod fit de præterito, vel de
præſenti, in quo aſſeritur aliquid eſſe, vel fuiſſe, & hoc
non infamat, ſcilicet quantum ad infamiæ pœnam,
† & iuramenti aſſertorij plures ſunt ſpecies, nam 5
aliud eſt de calumnia, & aliud de veritate & aliud de
malitia, de quibus not. per Spec. in tit. de iura. cal. §. j.

Item

6 † Item aliud eſt voluntarium,& aliud neceſſarium,ac aliud iudiciale, & voluntarium dicitur quod fit extra iudicium,& ex ſola voluntate l.iuſiurandum quod ex ff.de iureiur.& c.ferè.& c.fin.& ibi Gloſ.extra eo. tit.

7 † Neceſſarium vero iuramentũ dicitur,quod defertur à iudice in probationis defectum, nec poteſt referri nec recuſari,niſi iuſta de cauſa.& iudiciale dicitur, quod pars defert parti in iudicio,quod non eſt neceſſarium ſubire,vel referre, ſed ſi reus retulerit actori iuramẽtum, neceſſe habet iurare, aliàs prætor ei denegabit actionem,& poſt iuramentum delatum à iudice parti, & præſtitũ à parte parti,poteſt ab eo recedi, propter nouas probationes, ſed poſt iuramentum delatum à parte parti,& præſtitum ab ea, recedi non poterit, vt

8 not.Gloſ.in d.c.fin.in ver.à te loquitur,de iureiu.† Et iſtud iuramentum neceſſarium, dicitur etiam ſuppletorium.vnde aduertendum erit, quòd ſi plures teſtes in vnam concordent opinionẽ, tunc ſententia abſque iuramento ferri poterit, ex quo actor plenè probauit. ſi verò ſemiplenè probauit, veluti ſi haberet ſolum vnũ bonum teſtem,& res eſſet modica, & in qua duo teſtes ſufficerent, & tunc actori ſcienti ac petenti iuramentum ſibi deferri præſtabitur.l.3. C.de reb.cred.

9 & l.ſi duo patroni.in prin.ff.eo.† dummodo ille teſtis etiam non interrogatus ſcientiæ cauſam reddiderit, alias non faceret ſemiplenã probationem. Nec iuramentũ deferretur,vt traditur à Bald.in c.j.§.ſacramẽtum,nu.13.de conſue.rec.feu.& per Alexand.in cõſil.

10 xxxij.vol.ij. † Et plures caſus deſcribit Iaſ.in l.admonendi,nume.271.ff. de iureiur.in quibus non defertur iuramentum in ſupplementum, dato quòd quis ſemi-

11 plenè probauerit. † Et ſimili ratione in quæſtionibus finiũ regundorum antiquorũ, actor poterit petere ſibi deferri iuramẽtũ, quãdo probauit per vnum bonũ teſtem, quia finium regundorum lites dicuntur modici



dici præiudicij, quando de ſola iuriſdictione eſt contentio,vel inter prælatos eſt lis,qui ſolam habent adminiſtrationem,& non dominium,vel quando ageretur de finibus antiquis ſecundum quod voluit Deci.in ca.cum cauſam,num.4.de proba.† Aduertendum erit 12
etiam ſecundum Specu. in citato loco, quòd ſi actor nihil probat, & dicat aduerſario, & iuret ad ſuam innocentiam purgandam, vel quòd ſibi referat iuramentum, videtur iuſtè allegare, nam manifeſtæ turpidinis eſt, nolle iurare, vel iuramentum deferre l. manifeſtæ.& l.lex Cornelia.§.hac lege. ff. de iureiur. & l.Marcellus. ff. rer.amot.& l.præſenti. C. de iis qui ad eccleſi.confug.& l.fin.§.licentia.C.de iure. delibe. & l.fin.C.de fi.inſtrumen.† Nihilominus reus ſi nihil 13
eſſet probatum,vel præſumptum poterit reſpondere, frater,iurare non cogor.vt ibi per eum.† Et quatuor 14
ſunt principaliter attẽdenda in iuramenti delatione, ſecundum Spe.vbi ſupra.num.5.Primum an actor. aliquid plenè vel ſemiplenè probauit vel nihil. Secundũ eſt,ſi ſemiplenè probauit,& tunc aut quæſtio eſt criminalis,& non defertur iuramentũ à iudice,quia probationes debent eſſe aptiſſimę.l.fi.C.de proba.& c.fin. de iureiu. Si tamẽ vna pars alij iuramẽtum defert,delatio tenet,ob inopiam probationum facta, & iam ſi de illo crimine tranſigi non poſſet, quia non hoc ita confiteri videtur: ſic in tranſactione, immò negare videtur.ſi verò ciuilis & famoſa ſit, vt in actione doli,furti,iniuriarum,& quod metus cauſa, in quibus fit infamis de iure ex ſententia,etiam ſi ciuiliter ſit actũ. l. j. ff. de iis qui not. infa. Vel ſi mulier ſit in poſſeſſionem miſſa ventris nomine, & per calumniam, vel in crimine expilatæ hæreditatis. In iis enim priuatis criminibus infamia condemnatum ſequitur, & iuramẽtum non defertur,ſed plena probatio exigitur,ſi verò ſit ciuilis & non famoſa, ſi tamen ardua & magna

gna eſſet & de facili non deferretur.l.legitimos. ff.de
legiti.tute.ſi verò eſſet parua, & tunc iudicis arbitriũ
requiritur, vt procedat inſpecta perſonarum qualita-
15 te,& regionis conſuetudine. † Et quando iuramentũ
in cauſis criminalibus deferri poſſit, habetur per Iaſ.
in d.l.admonendi.nu.174.ff.de iureiur.& ibi etiã num.
272.declaratur per eũ quæ ſit cauſa magna vel parua.
16 † Si verò cauſa eſſet ſpiritualis vt monachatus, vel
matrimonij, & tunc ſecundũ Spe.iudex nequit defer-
re iuramentum,ſi autem non eſſet merè ſpiritualis,&
tunc fortè poſſet iuramentum deferri, vt traditur per
Iaſ.in citato loco.nu.277. Tertiò erit attendendũ quis
17 melius ſciat veritatẽ.† hinc eſt quod ei de cuius prin-
cipaliter facto agitur,iuramentum defertur.c.videtur,
qui matrimo. accuſa.non poſſ. In alieno autem facto
non defertur, vt anceps cogatur ſubire periurium l.
videamus. de in lit.iur. & in hoc caſu non ſolum non
cogitur iurare,ſed nec iuramentum deferre, ſecundũ
Aymo. Crauet.in conſil. cciij. deferens iuramentum.
nu.3.Et quæ dicta qualiter intelligẽda vide ibi per eũ.
Vnde Iaſ.in d.l.videamus.nu.6.dicit,quòd qui dubitat
vel ignorat,ſi iurat contra veritatem,dicitur periurus.
Quartò conſiderãda erit perſonæ qualitas, quis me-
lior,quis dignior, & quis præſtantior videatur, vt illi
18 deferatur.d.l.legitimos, † vel iuramentum illi defer-
tur,qui melius probauit,vel iudicis arbitrio relinqui-
tur l.fi.§.ſanè. C. de iis, qui ad eccle.confugi. Quibus
abundantiſſimè cumulatis per Spe. adde Rober.Marã.
in ſuo aureo Spe. aduoc.in ij. par. iudi. in verſi. nouus
actus. vbi deſcribit decem ſpecies iuramenti iudicia-
19 lis.† Ac etiam dicit, quòd ſex copulatiuè requirun-
tur,quando iuramentum petenti defertur, quorum ſi
quid deficeret, non deferretur, videlicet, quòd ſit ſe-
miplenè probatum per vnum teſtem, & ille, cui præ-
ſtatur, ſciat veritatem veriſimiliter per ſenſum cor-
pore



poreũ. & quòd ſit perſona honeſta,& bonæ vitæ:quia
perſonæ vili & ſuſpectæ de periurio, non præſtabitur,
& quod cauſa non ſit magna vel ardua, ſed modica,
qua in cauſa ardua vel criminali non deferretur,& di-
citur parua, vel magna ſecundum perſonarum condi-
tionem, & quòd ſemiplena probatio in aliquo non ſit
eliſa per probationes contrarias, quia tunc nõ defer-
reretur. † Et quòd iuramentum ſit petitum ante con- 20
cluſionem in cauſa, & dato quòd non fuiſſet petitum
ante concluſionem in cauſa in prima inſtantia, nihilo-
minus poterit peti,vt deferatur in cauſa appellationis
ſecundum cap.in dec.35. nu.4. & ibi etiam nu. 3. dicit
aduocatum cautum eſſe debere, vt in iuramenti dela-
tione citetur pars. † Et erit etiam notandum, quòd ſi 2
iudex requiſitus non præſtaret iuramentum, faceret
litem ſuam,vt per Rob.Mar.in præalleg.loco.

## CAP. LXIX.

1 *Iuratur in litem contra mouentes terminos.*
2 *Actio finium regũdorum quare poſſit dici arbitraria.*
3 *Iuratur in litem quotieſcunque iudicis authoritas contemnitur.*
4 *Iudicis officium multũ poteſt in actionibus bonæ fidei.*
5 *Actiones bonæ fidei non minus uidentur arbitrariæ, quàm ſint actiones ſtricti iuris.*
6 *Iuramentum in litem quatuor concurrentibus præſtandum erit.*
7 *Iuramentum in litem præſtatur per iudicem & non per partem,aduerſario exiſtentem in dolo & non in culpa.*
8 *Iuramentum in litem eſt affectionis, & præſtatur ſecundum rei ueritatẽ,& communem æſtimationem.*
9 *Iudex poteſt taxare ſummam ad quam iuramentum in litem reſtringitur.*
10 *Iudex poterit taxare damnum, & eius quãtitatem,non*

*obſtante ſtatuto quòd ſtetur iuramento damnum paßi.*

11 *Iuramentum in litem non defertur quando agitur de officio iudicis, ſed iure actionis.*

12 *Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei præſtatur poſt litis conteſtationem, & ante ſententiam, In actionibus uerò arbitrariis & in rem poſt ſententiam.*

13 *Sententiæ duæ feruntur in arbitrariis actionibus.*

14 *Iuramentum in litem non ſolum præſtatur principali, ſed etiam procuratori, ſpeciale mandatũ habenti.*

1 ET hic † erit congruum declarare, ſi contra mouentes terminos iuratur in litem, & videtur dicendum quòd ſic. vt not. Gloſ. in l. ſed & ſi loci, §. ſed & ſi quis, in ver. condemnabitur. ff. fini. regun. Et idem tenet Ang. in §. quædam actiones in fi. & Iaſ. ibi nu. 73. inſtit. de actio. licet Floria. in d. §. Sed & ſi quis impugnet dictam Gloſ. diſtinguendo, quòd ex ea parte, qua eſt hęc actio in rem iuratur in litem. d. l. qui reſtituere, ſed ex parte qua eſt perſonalis, debet fieri condemnatio ad intereſſe. d. l. ſed & ſi loci. §. iudicio, & idem videtur ſentire Alberi. in d. §. ſed & ſi quis. † Subdẽs quòd
2 iſta actio poterit etiam dici arbitraria, quia habet aliquid realitatis, & quantum ad hoc iuratur in litem, ſed in eo quòd habet perſonalitatis, condemnabitur ad intereſſe probatum. & ſecundum Fulgo. ibi d. Gloſ. eſt ab omnibus recepta. Et bene dicit nõ ea ratione, quòd ſit ſtricti iuris, quia poſſet dici in omnibus aliis idem
3 eſſe, ſed potius iſta ratione, † quia quotieſcunque iudicis auctoritas contemnitur, iuratur in litem, & ſecus vbi non contemnitur, vt per Bar. in d. §. ſed & ſi quis, & ad id facit quod voluit Bal. in l. j. C. de accuſa. & ſimiliter videtur tenere Deci. in l. in actionibus. nu. 4. in verſic. quandoque. de in lit. iur. vbi dixit, in actionibus bonæ



bonæ fidei iudicem habere poteſtatem deferendi iuramentum in litem, ex natura actionis, ſed in actionibus ſtricti iuris illam conſequitur iudex præter naturam actionis, ſed propter contumaciam ei datur poteſtas. Et ideò ſolum actiones arbitrariæ ſunt ſtricti iuris. † Nec non vt ſubdit ibi Deci. nu. 22. in actionib. 4
bonæ fidei ſecundum earum naturam iudicis officium multum poteſt, & alio adminiculo non indiget, ſed arbitrariæ ſunt ſtricti iuris, in quibus iudex non habet arbitrium, inſpecta earum natura, ſed ex aliquo accidenti arbitrium iudici attribuitur, & à tali arbitrio ſuperueniente actiones dicuntur arbitrariæ, & conſiderato iſto accidenti arbitrariæ, pro diuerſa ſpecie ab actionibus bonæ fidei, ponuntur. † Et iſto effectu con 5
ſiderato actiones bonæ fidei, in quibus ex earum natura iudex habet arbitrium, non minus videntur arbitrariæ, quàm ſint ſtricti iuris actiones, quæ ex accidenti arbitrariæ efficiuntur, quia non videtur minus potens illud quod competit ex actionis natura, quàm illud, quod ex accidenti contigit. † Erit modo aduer- 6
tendum ſecundum Bar. in d. l. in actionibus, quòd iuramentum in litem præſtandum erit quatuor concurrentibus. in primis enim requiritur natura petitæ rei, & quod in ea cadat affectio, alias hoc iuramentum deferri non poſſet, vt ibi num. 3. Secundò quando natura actionis hoc patiatur, vt eſt in tribus caſibus, in actione bonę fidei, in rem, & arbitrariis, vt ibi per eum nume. 4. Tertiò requiritur ad hoc, vt deueniatur ad iuramentum in litem, quod eſt affectionis, aduerſarij dolus, vt ibi per eum nume. 12. & 14. Vltimo iurantis habilitas requiritur, ſcilicet quòd ſit dominus, vel quaſi dominus litis, & quòd ſit pubes, vt ibi. nume. 17. licet dicat Robert. Maran. in Specu. aure. aduoca. in ij. par. iudic. in verſicu. nouus caſus. nume. 16. quòd tria tantum ſupradicta requirantur copulati

pulatiuè non faciendo mentionem de vltimo requiſi-
7 to,ad hoc vt deferri poſſit iuramentum in litem. † Et ibi etiam ſubdit,quòd iuramentũ in litem per iudicem defertur,& non per partem, & per aduerſarij dolum, & non per culpam, vt concludit etiam Deci. in d. l. in
8 actionibus. nu.27.& 28.ſubdens † requiri dolum verum & nō præſumptum,vt ibi.nu.1.2.3.& 4.dicit iſtud iuramentum in litem eſſe affectionis, & cum vtilitate ſingulari,& præſtari ſecundum veritatem & communem rei æſtimationem, prout refert, ita communiter per Doctores concludi,& deducit Gloſ.in rub.& Glo.
9 fi.in l.j.eo.tit.& in l.qui reſtituere.ff. de rei vendi. † Et ibi etiam nu.9.not.iudicem poſſe taxare ſummam, ad quam iuramentum in litem reſtringitur,& refert Ang.
10 in d.l.qui reſtituere inferre,† quòd ſi ſtatuto cauetur, ſtandum eſſe iuramento damnum paſſi, nihilominus iudex poterit damnum taxare, vel eius quantitatem.
11 † Et iſta etiam procedunt ſecundum Deci. ibi nu. 27. quando ageretur iure actionis, ſecus ſi iudicis officio, quia tunc contra non comparentem, & ſic contumacem non iuraretur in litem, per Gloſ. not.in l.harum.
12 in Gloſ.fi. ff. ſi ſeruiuendi. † Et iuramentum in litem, in bonæ fidei actionibus præſtatur poſt litis conteſta-
13 tionem,& ante ſententiam. † In actionibus verò arbitrariis, & in rem præſtatur ſemper poſt ſententiam, quia tunc arbitrariæ dicuntur, quando pars iudici parere contempſit, & ideo in arbitrariis ſententiæ duæ feruntur vt habetur per Bart.in d.l.in actionibus.num. 17.& prædicta confirmantur per Papien.in ſua practica de for.libel.in actio.rea.declaratoria. §. & in flore-
14 nis.x.nu.22. † Et iuramentum in litem non ſolum præſtatur principali. ſed etiam procuratori ſpeciale mandatum habenti, ſecundum Rober. Maran. in citato loco, num. 16.

C P.



## CAP. LXX.

1 *Antiquum factum dicitur ſpacium quadraginta annorum ſecundum opinionem Anto.de Butrio.*
2 *Antiquum factum quod dicatur relinquitur iudicis arbitrio, uel accipitur ſecundum diuerſas materias.*
3 *Antiquum factum dicitur,quod excedit metam centum annorum.*
4 *Probatio imperfecta redditur plena & integra propter antiquitatem, uidelicet centum annorum.*
5 *Inſtrumenta antiqua dicuntur à quorum receptione cucurrerunt centum anni.*
6 *Probatio plena inducitur quadraginta annorum ſpacio, quando non agitur de magno præiudicio.*
7 *Finium lites inter eccleſias non ſunt præiudiciales.*
8 *Antiquum factum probatur per communem hominum relatum,uel libros antiquos aut hiſtorias.*

ET vt ſupra dixi in cap.lj. in antiquis per teſtes de auditu cōfines probantur,ac etiam vt declaratur in pluribus aliis ſeq.capitulis,certæ probationum ſpecies in antiquis admittuntur propter probandi difficultatem, quæ aliàs non admitterentur. † Igitur erit 1
diſcutiendum quid ſit antiquum vel antiquiſſimum factũ,& vt habetur per Aymo.Crauet.de antiqui. temp. in j.par.in prin.tres fuerunt opiniones vna eſt, quòd requiratur quadraginta annorum ſpacium,& fuit Ant. de Butri.in c.veniens,el.primo. de teſt. quam ſequitur Barba.in conſi.xvij.præclare.col.xxvj.in prin.vol.ij. & Bartho. Caſſen. in conſil.xv. nume. 19. ſubdens quòd in finibus rerum, & in aliis circunſtantiis probandis,

M 3 in fa

in factis antiquis inſpecto breui hominum curſu, ita
iudex arbitrabitur, cuius arbitrio relinquitur arg. l. j.
§.j.ff. de iure delibe. & Gloſ. in cler. j. de reb. eccleſi.
2 non alien. † Alia fuit opinio. quòd iudicis arbitrio re-
linquatur, quando tempus dicatur de antiquo in ma-
teria probationis, prout ipſe dixit voluiſſe Anto. de
Butr. in cap. quoniam contra. de proba. & in c.illud,
poſt Hoſtien. de præſumptio. & Alexan. in conſil. iiij.
& in conſi. clxxxvij. volumi.ij. & idem voluit Sozin. in
conſil. xxij.arg.d.l.j.§.j. & Matthæ. de Affl. in deciſio.
lxxxiiij.num.7. Ang. Inſtit. de vſucap. in princ. nume.
6. ſubdens antiquum factum accipi ſecundum diuer-
ſas materias & regulas, vel ſecundum Fely. in ca.cum
cauſam. nume. 4. de proba. antiquiſſimum factum di-
citur, quando teſtis deponit de iis, quæ hominum me-
3 moriam excedunt, per l. ſi arbiter. ff. eo. † Alia fuit
opinio. quòd requiratur tempus centum annorum
metam excedens, vt voluit Inno. in ca. veniens, de
verſicu. ſign. quam dicunt communem Alexan. & alij
in l.cum aliquis. C. de iure deliberan. & vltra per
Aymo. ibi congeſta, idem habetur in deciſio. Tholo.
ccccxxxix. & per Alexan. in conſil. vij. viſo themate.
in fin.volum.j.& in conſi.lxxxiij. viſo themate.num. 9.
volumi.iij.& in conſi.ciiij.num.8. & 9.vol.vij.& Curti.
ſenio.in conſi.lxxxiij.cum.24. & Sozin. in conſi.xxxix.
num.7.vol.j.& Bertrand.in conſi.j. nu.107. vol. j. & in
conſi.ccccxj.nu.6.vol.eo.& Carol.Roui. in conſi. cxlj.
nume.2.& 18.& in conſi.clxj.nu.5. vol. v. & in conſil.
xvij.nu.iij.vol.iij.& Iaſ. in conſi.lxxxj.nu.3. & in conſi.
ciiij.num.6.vol.j.& in conſi.cxlviij.nume.8. vol. iiij. &
Deci.in c.cum dilecti. nume.28. de appella.& in conſi.
4 cccxxj.col.iiij.& in conſi.xiij.nu.8. † vbi dicūt, ad hoc,
vt imperfecta probatio propter antiquitatem plena &
integra reddatur, requiri ſpatium centum annorum,
quia hoc eſt longæuæ vitæ hominum curſus, & quòd
ita



ita communiter tenetur, à qua cōmuni opinione non
eſt recedendum,& idem voluit Hippoly. de Marſil. in
l.de minore. §. plurium.nu.65.ff.de quæſtio. & Aymo.
Crauet.in conſi.cxlvj.reſpondi,nu.3.vol.j.Vnde etiam
Bertran.in conſi.clix.in fi.& in conſi.clxxj.nu.3. vol.ij.
dixit, † quòd inſtrumenta antiqua dicūtur, à quorum 5
receptione cucurrerunt centum anni. † Limitatur ta- 6
men dicta communis theorica, ſecundum Aymo.Cra-
uet.de antiquit.tempo.in j.par.in prin.nu.5.quādo non
ageretur de magno præiudicio, quia tunc ſufficeret
quadraginta annorum ſpatium, ad inducēdam plenam
probationem,& prout exemplificari poſſet in finibus
diœceſium. quia non ſunt magni præiudicij ſecūdum
Abb.in d.c.cum cauſam.in j.not. quem ſequūtur Aret.
& Fely.dicentes † materiā finium inter eccleſias præ- 7
iudicialem non eſſe, per c.cum apoſtolicas.de his quæ
fi. à præla.ſeu iudicis arbitrio relinqueret, per ea quæ
deducit Aymo.Craue.in citato loco,& Caſſen.in d. cō
ſil.xv.nu.19.† Et per cōmunem hominum relatum, vel 8
libros antiquos, antiquum factū probatur, aut per hi-
ſtorias,& talis antiquitas legis & cōſtitutionis vim ha
bet, vt habetur per Guid.Papæ, in conſi. lxxxviij. nu.2.

## CAP. LXXI.

1 *Perſonæ ſunt quibuſcunque rebus digniores.*
2 *Perſonæ quæ non poſſunt præſcribere.*
3 *Perſonæ contra quas præſcriptio non currit.*
4 *Res impræſcriptibiles quæ ſint.*
5 *Limites dignitatum ſecularium ſunt impræſcripti-
biles.*

ET antequàm de finiū præſcriptione tractem*, erit
vtile ſcire, quę perſonę præſcribere poſſint,& cō
tra quas præſcrip. nō currit,& quæ ſunt res impræſcri
ptibiles.† Et cū perſonæ ſint quibuſcūq; rebus digniores 1

res l. iuſtiſſimè. ff. de edil. edic. & not. Gloſ. in rub. inſti. de iure perſo. ideo ab eis incipiendo dicas ſecundum
2 Gloſ. in c. cleri. in ver. ius proprium. xvj. q. iij. † quòd coloni & precario poſſidétes, vel alieno nomine præſcribere non poſſunt, neque vſufructuarius, vel creditor, & ſic alij, qui non prohibiti præſcribere poterũt, & ſecundum quod traditur per Gloſ. in c. prima actio-
3 ne, in verſic. poſtliminio. ea. q. † perſonæ contra quas præſcriptio non currit ſunt reuertentes ab hoſtibus, nec dum viuit alienator iniquus, nec dum vacat, vel quaſi vacat eccleſia nec contra pupillum, nec in patria poteſtate exiſtenté, nec contra mulierem viuente marito quo ad dotem, aut contra habenté obligationem ſub die vel conditione, neque contra excommunica-
4 tum, aut contra iuſto impedimento impeditum. † Et vt habetur per Gloſ. in d. c. clerici res impræſcriptibiles ſunt libertatis iura, nec in tributis, vel matrimonio nec decimæ à laico, nec in repetitione rerum peculij, nec in ſeruitutibus quæ cauſam continuam habent, nec in limitibus maximè limitatis, aut procurationibus ratione viſitationis debitis, neque in obedientia præcurrit. † Et quòd limitibus dignitatum ſecularium non currat præſcriptio not. Gloſ. in prag. ſanctio. in proœmio, in ver. limites.

## CAP. LXXII.

1 *Vniuerſitas non poterit aliquid præſcriptione acquirere, donec uiuat unus qui rei alienæ notitiam habeat.*

2 *Vniuerſitas ſi à principio fuiſſet in mala fide, licet hodie eſſet in bona, non præſcriberet in æternum: quia cum populus ſit idem uidetur mala fides continuari.*

3 *Vniuerſitas incipit præſcribere elapſis centum annis, quia præſumuntur mortui qui erant in mala fide.*

*Vniuer*



4 *Vniuerſitatis non dicitur poſſediſſe, quando ſinguli de uniuerſitate ſine mandato poſſederunt lignando uel páſculando.*

5 *Vniuerſitatis poſſeſſio, non probatur per actus poſſeſſorios particularium perſonarum.*

6 *Vniuerſitas dicitur aliquid facere, quando deliberato conſilio aliquid facit.*

7 *Vniuerſitas per particulares etiam ſine mandato poterit præſcribere, dummodo eius ſcientia, uel eius, regentium interueniat.*

8 *Vniuerſitas quando conſeruet eius poſſeſſionem, & de nouo acquirat per actus poſſeſſorios particularium.*

9 *Vniuerſitati non prodeſt, quando particulares proprio nomine poſſederunt.*

10 *Vniuerſitas conſeruat poſſeſſionem, ſed de nouo acquirit quando particulares ſine eius ſcientia, & mandato aliquid poſſederunt.*

11 *Vniuerſitas præſumitur poſſediſſe, quando eius homines particulares aliquid poſſederunt, tanquam eſſet uniuerſitatis.*

12 *Vniuerſitatis præſentia loco mandati habetur.*

13 *Vniuerſitas præſumitur feciſſe, quando actus factus à particularibus non eſſet momentaneus ſed ſucceſſiuus.*

14 *Vniuerſitatis conſenſus præſumitur interueniſſe, quãdo bellum, uel rebellio duraſſet aliquo tempore, quia uoluntas non ſolum facto, ſed etiam uerbis datur intelligi.*

15 *Vniuerſitas præſumitur conſentire, quando ex actibus particularium perſonarum ad ipſam peruenit utilitas, abſque eo quod fiat communicato conſilio.*

 *Abſens*

16 *Abſens præſumitur conſentire, quando cognouit & ſtatuit, & reſpicit eius commodum.*

17 *Articuli qualiter formari debeant in cauſa uniuerſitatis.*

18 *Vniuerſitas non ſolet prædia in alieno territorio habere.*

19 *Argumentum eſt bonum à ſolitis, & communiter accidentibus.*

20 *Vniuerſitatis paſcua qualites diuidi debeant inter eius homines, & eorum dominos.*

21 *Vniuerſitatis paſcua diuidi debent ſecundum patrimonij qualitatem.*

22 *Vniuerſitatis nemora ſi non ſufficerent domino & particularibus, dominus præferretur.*

23 *Vniuerſitas qualiter ſit citanda.*

24 *Vniuerſitatis ſyndicus citari ſufficit, quando uniuerſitas non uult congregare concilium.*

NOn ab re quoque erit declarare, an vniuerſitatis homines poſſint aliquod ius præſcriptione acquirere eorum vniuerſitatibus, propter difficultates, quæ plerunque in finalibus controuerſiis oriuntur, quando vna vniuerſitas probauit ſuos homines ligna incidiſſe, vel eorum animalia paſculata fuiſſe in tali loco, & alia vniuerſitas, vel particulares per-
1 ſonæ contrarium probauerint. † Et pro eorum declaratione in primis aduertendum erit, quòd vniuerſitas non poterit aliquid præſcriptione acquirere, donec viuat vnus, qui rei alienæ ſcientiam habeat, vt traditur per Sozin.conſi.clxxxvij. nume.27. volumin. ij. arg. l. poteſt pluribus, & ibi per Bart. in fi. ff. de vſuca. & per Inno. in c. curiæ, de iure patro. & ſic à
2 principio requiritur bona fides. † Vnde ſi à principio vniuerſitas eſſet in mala fide, licet hodie eſſet in bona,



bona, non præſcriberet in æternum, quia cum populus ſit idem, ſemper videtur mala fides continuari. l.clam poſſideri, in prin. ff.de acqui. poſſeſſ. & l. proponebatur.ff.de iudi.& per Pari.in conſi.xxvij. nume. 107. in j. volumin.tamen Ant. Capy. in deciſio. iiij. in cauſa monaſterij.nume.17.& 18.† dicit poſſe con- 3
ſiderari ſpatio centum annorum eſſe mortuos illos de vniuerſitate, & incipere præſcriptionem. Deinde deueniendo ad propoſitam quæſtionem dico Bal. in conſil. ccclxxiij. col. j. volumin. iij. fuiſſe in hac opinione,† quòd ſi ſinguli de vniuerſitate lignando, vel 4
cum animalibus paſculando ſiluā poſſederunt, quòd vniuerſitas non dicatur poſſediſſe vel poſſidere, niſi probetur illos tales mandatum in conſilio vel arengha ab vniuerſitate habuiſſe: & impoſſibile eſt, vt ipſe dicit, quòd vniuerſitas vincat, niſi doceatur illas ſingulares perſonas ab ea lignandi, vel paſculandi mandatum habuiſſe. & idem videtur tenere Corne. in conſil.cccxxxiij.capio. nume.29. & conſil. cxlviij. viſo. in fin.vol.j.& in conſi.lxv.& ſi in hac volum. iiij. & in conſil.ccxciij.multa in remedium. col.viij. volu. iij. & de quo mentionem facit Pariſi.in d.conſil.xxvij. nume. 73. in quibus locis habetur, † quòd per tales 5
actus particularium perſonarum, non probetur vniuerſitatis poſſeſſio, & mouetur ex doctrina Bar. in l. aut facta.§.fi.nume.9.ff.de pœn. vbi habetur, † quòd 6
vniuerſitas dicatur aliquid facere quando deliberato conſilio & propoſito hoc facit, aliàs vniuerſitas non dicitur facere, ſed ſinguli facere dicuntur, & vt refert Cor.in d.conſi. cxlviij. plures conſuluit, quòd licet homines alicuius vniuerſitatis, vel communitatis aliquo tempore vſi fuiſſent lignando vel paſculando non per hoc vniuerſitati poſſeſſio vel Communitati quæſita erit, & idem voluit Pari.in conſi.ciiij. nu.132.vol.j.& plura ad hoc congerit Aymo.Crau.in conſi.

cōſ.cccxxvij.in cauſa prohibitiōis, nu.4.vol.ij.Cōmu-
7 nis tamē opinio in contrariū eſſe videtur,† quòd vni-
uerſitas poſſit per particulariū poſſeſſionē preſcribe-
re abſque eius mādato, dūmodo ſciētia vniuerſitatis,
vel eam regentium interuenerit. quæ ſcientia per pa-
tientiam præſumitur,& patientia loco mandati habe-
tur, vt infra videbimus,& ad id deducitur ꝙ traditur à
Cæpo.in tracta.de ſeruitu. ruſti. prædio. in tit.de iure
8 paſce.nu.2.vbi latè diſtinguēdo ita cōcludit.† Aut illi
de vniuerſitate de cuius mādato,vel ſcientia, vel eam
regētium poſſederunt, & tunc poſſeſſio acquiſita cō-
ſeruatur,& de nouo acquiritur per l.j.§.fin.cum l.ſeq.
ff.de acqui.poſſeſſ.& l.qui patitur. ff.manda.& dicitur
vniuerſitatis nomine poſſidere,quando eam regentes
ſciebant illos particulares vti nemore eorum nomine
vel vniuerſitatis, aliàs vniuerſitas non diceretur poſ-
9 ſediſſe. † Aut illi particulares nomine proprio poſſe-
derunt,& clarum eſt quod non prodeſt communitati,
neque in acquirendo,neque in conſeruando.l.ſicut,in
prin. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomi. quia agentium
actus vltra eorum intentionem non operantur. l. non
omnis.ff.ſi cert.pet.& l.j.ff.de aucto.præ.& l.j.§. con-
10 uenerit.ff.de adoptio.† Aut conſtat quòd ſine vniuer-
ſitatis mandato & ſcientia, vel eam regentium poſſe-
derunt,& tunc poſſeſſio acquiſita conſeruatur,ſed de
nouo non acquiritur.l.generaliter,ff.de acqui. poſſeſ.
& facit quod congerit Fran. de Cur. ſenior in conſil.
lxxvij.& Bertran.in cōſi.xxiiij.nu.1.vol.j.& quod not.
11 Deci.in cōſi.ccxxj.nume.10 dicens, † quòd ſi vniuer-
ſitatis homines ſingulares cum eorū animalibus paſ-
culati fuerint in nemore, tanquam eſſet vniuerſitatis,
præſumitur quòd ipſa vniuerſitas poſſederit & preſ-
12 cripſerit,licet non appareat de mandato, † quia vni-
uerſitatis præſentia loco mādati habetur.d.l.qui pati-
tur,& idē voluit Pari.in cōſi.cxj.nu.64. vol.j. cū plur.
ſeq.



ſeq.ſubdēs illud quod à paucis poſſeſſum fuit, ad oēs
extēdi,& ſic præſcriptio ſeu conſuetudo extēditur,&
deducit no.Guliel.& Inno.in c.dilecto.de off.archi.&
Alberi.& Bal.in d.l.ſicut.Atq; Pari.dicit † quòd quā- 13
do actus inciſionis lignorum , vel paſculandi non fuit
momentaneus , ſed ſucceſſiuus , & pluries ac pluries
replicat⁹,tūc fit, vt geſtū à particularibus & ſingula-
ribus,cenſeatur geſtū ab ipſa vniuerſitate,dato quòd
geſtū non fuerit cōuocato cōſilio , & pulſata cāpana,
nec de mādato vniuerſitatis,& adducit Pet.de Ancha.
in cōſ.cliij.ex narratis in facto. col.vj. cum cumulatis
per Fely.in c.cū oēs.col.xvij.verſi.ſexta declaratio,de
cōſtitu.& in c.dilectus col.fin.verſ. ſecundo limita,de
ſimo.idē voluit Sozi.in l.j.§.fi.ff.de acqui.poſſeſ.† vbi 14
ponit exēplum de guerra & rebellione, quæ duraſſet
aliquo tēpore propter ꝙ tacitus totius populi cōſen-
ſus vel maioris partis argueretur,quia non ſolū facto,
ſed etiam verbis datur voluntas intelligi,l. de quibus
iunctis not.per Bar.in nu.11.ff.de legi.& latè per Ca-
py.in deciſi.cxxx.nu.69.Neq; obſtat ꝙ dicit Gloſ.cō-
muniter approbata in l.non poteſt dolo.ff. de reg.iur.
† quæ vult quòd ad hoc , vt actus geſtus vniuerſitatē 15
afficiat,fieri debeat cōmunicato cōſilio , & delibera-
tione præcedēte, cōſiliariis ſolēniter cōgregatis quia
ſecūdum Aret.in conſil.clxiij.ſicut Ioannes, nu.18.li-
mittatur quādo ex actibus particularium perſonarū,
ad cōmunitatē vtilitas aliqua peruenerit.Vel alio mo
do reſpōderi poſt obiecta incōtrariū non procedere
in iis in quib.tacitus populi cōſenſus operatur,per ea
quæ tradidit Bar. in d.l.de quibus.nu.12.& facit etiam
illud ꝙ voluit in l.quo minus.§.j.nu.1.ff.rem rat.habe.
† vbi ſi me abſente geratur aliquis actus,ſi poſtea co- 16
gnoui & tacui,videor approbare,ſi pertinet ad acqui-
ſitionem & mei cōmodum,& ſecus eſſet ſi reſpiceret
meū præiudiciū prout loquitur Bar. in d.l.aut facta §.
fin.

17 fin. & ſecundum Deci. in d.conſi. ccxxj. † Cautus de-
bet eſſe aduocatus in articulando & probãdo vniuer-
ſitatis homines particulares vſos fuiſſe nemore eius
18 nomine, ac ſcientibus eius adminiſtratoribus. † Neq;
erit prætermittendum quòd vniuerſitates ciuitatũ &
caſtrorũ non ſolẽt habere prædia in territorio alieno
licet particulares ibi habere poſſint vt voluit Corn.in
d.cõſ.cccxxxiij.capio.nu.29.& in cõſ.clxxj.nu.13.vol.
19 j.† Et à ſolitis & cõmuniter accidẽtibus bonũ eſt ar-
guere, vt not.Glo.in l.j.in verſ.actio.C.de arbit & in l.
fin.C.de fideiuſſo.& in l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſſidua, ff. de
20 ædilici.edict.† Aduertẽdum erit etiam quòd vniuerſi-
tatis paſcua, inter vniuerſitatis homines, & eorum do-
minos diuidi debent, pro modo facultatum & poſſeſ-
21 ſionum, ſeu paſcui vti debent, † ita vt domini & ſin-
guli homines debeant pro rata immittere eorum ani-
malia in paſcuis, & taliter, quod nec ipſi domini neq;
incolæ totum abſorbeãt territorium, ſed ſecundũ pa-
trimonij qualitatẽ poſſideãt, quia ille qui habet mino-
res Poſſeſſiones, debet etiam vti minus paſcuis, vt ha-
22 betur per Bertran.in conſil.xxxvij. num. 5. volu.j.† ſi
verò ipſa nemora non ſufficerent domino, & homini-
bus quo ad vſum, & tunc dominus præferretur, vt di-
cit idem Bertran.in conſil.cclv.nume.7.eo.volu.& ha-
23 betur per Pariſi.in conſi.lvij. num.134.vol.j. † etiam
quando citatio erit facienda vniuerſitati vel collegio
ſufficis, ſi fiat maiori parti vniuerſitatis vel collegij,
vt per Archi.in c.comeſſationes. xj.diſtinct. quem ſe-
quitur Ludo.Roma.in ſingu.cclvj.per Gloſ.in c. bonæ
memoriæ, in verſ. ſingulares, de electio.& latè per Io.
Mile.in ſua practi.crimi.in verſ.promiſſionis.nume.42.
24 pag.70.† vel ſufficit citare ſyndicũ, quãdo vniuerſitas
non vult cõſilium cõgregare ſecundum Iaffre.in de-
ciſio.lxxx.per Gloſ.in c.ſi in capitulo, de cõceſſio.pręb-
ben.in vj.vel erit citanda ſecundum practi.Bartho.in l.
non



poteſt, & ibi per Cagnol.ff.de reg.iur.

## CAP. LXXIII.

1 *Conſuetudine non uiolentia inducitur quòd quis poſſit paſculari intra limites alicuius territorij uel agri.*
2 *Conſuetudine inducitur ut quis oblato pretio poßit in alterius nemore ligna incidere.*
3 *Conſuetudine inducitur ut uniuerſitatis homines poſſint, data certa pecuniarum quantitate paſcere animalia in alieno territorio.*
4 *Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua malè utatur.*
5 *Conſuetudine non obſtante dominus præferretur, quando ligna uel paſcua pro ſe & eius hominibus non ſufficerent.*
6 *Conſuetudo lignandi uel paſculandi quanto tempore inducatur.*
7 *Conſuetudo qualiter ſit probanda & articulanda.*

ET hic conſonum erit diſcurere, † nunquid poſ- 1
ſit induci conſuetudo quòd vnus nobilis, vel ali-
cuius caſtri homines poſint ligna incidere, ſeu anima-
lia paſculari facere infra alicuius caſtri limites, vel in
alterius fundo, & Abb.in c.dilecti filij.nume.7. de ar-
bit.refert Doctor. communiter concludere quòd ſic,
dummodo conſuetudo per violentiã inducta non ſit,
per c.ſuper quibuſdã, de verb.ſigni.& l.ſi quis diurno.
ff. ſi ſerui.vendi.& idem tenet Pari.in conſi.xxvij .nu.
30.vol.j.& Deci.in conſi.cccccl.vol.iij.ſicut etiã præſ-
cribi poſſet, ſeu acquiri tota res & vſus rei, vt eſt bo-
nus tex.in l.vẽditor.§.cõſtat.ff.cõm.prædio. vbi proba
tur, † quòd valet cõſuetudo, vt quis oblato pretio poſ 2
ſit ligna, vel quid ſimile incidere, in alterius fundo &
idẽ voluit Bertran.in cõſ.cclv.nu.7.vol.j.& in cõſ. vij.
num.

3 num.4.vol.ij.† vbi dixit conſuetudinem valere,quòd data certa pecuniarum quantitate per vniuerſitatis homines,eiſdem liceret eorum animalia immittere & paſcere in alieno territorio,per d.§.ſi cõſtat,dummodo fruantur paſcuis & nemoribus, ita & taliter quòd
4 non videatur ea depopulari,† quia intereſt rei publicæ,ne quis re ſua malè vtatur.§.fin.inſtit.de iis q. ſunt
5 ſui vel alie.iur. † & vt habetur per Abb. in d.c. dilecti Doctor. volũt quod vbi ligna ſeu paſcua non ſufficerent domino,& alterius,caſtri hominibus,non obſtãte cõſuetudine dominus præferretur.arg.c. ſuggeſtũ, de deci.& c.quid per nouale,de verb.ſigni.ſi tamẽ nemorum & paſcuorum proprietas domini exiſteret,vt declarat Bertran.in d.conſil. cclv.nume. 7.Erit etiam aduertendum ſecundum Bertrã.in cõſ.lj.nu.6. eo vol.
6 † quòd iſta lignãdi & paſculãdi cõſuetudo non inducitur,niſi per tantum temporis ſpaciũ,quod initij memoria incõtrarium non exiſteret,per not.per Cæpol. in tracta.de ſeruit.ruſti.prædio.in rub.de ſer.iur. paſcen.in ver.ſed dubium ponunt.nu. 14. quia hæc ſeruitus habet cauſam diſcontinuã, & erit opus quòd aduerſarius patiatur:qui pati non dicitur,niſi ſciat.vt ibi per Bertran.nu.7. & allegat.Bar.& Doctor. in l. quo-
7 ties,l.ij.ff.de ſeruitut. † Et ſit vis ſcire qualiter articulari & probari debeat conſuetudo, vide remiſſiuè Pariſi.in d.conſi.xxvij.nume.47.

## CAP. LXXIIII.

1 *Actio finium regundorum durat triginta annis,ſi nihil eſt præſcriptum.*

2 *Præſcriptio finium regundorum incipit quando fines turbantur.*

3 *Actio finium regundorum decem annorum ſpacio non directè,ſed indirectè præſcribitur.*

4 *Fines rerum feudalium non præſcribuntur.*

Rex



5 *Rex poteſt mouere ipſum bellum propter fines turbatos.*

6 *Confinia inter Communitates xxx. annorum ſpacio præſcribuntur.*

7 *Agrorum fines ſpacio triginta annorum præſcribuntur,quando non ſunt limitati.*

Materiam † præſcriptionum proſequendo,diſcutiendum venit quantum duret actio finium re- 1
gundorum, & dicas triginta annorum ſpacio durare ſecundum Fab.in §.quædam actiones,nu.35.& 36. Inſtit.de actio,per l.fin.C. fini. regundor. quem ſequitur Ang.ibi.nu.13.& Iaſ.num.39. Quæ tamen ſunt intelligenda ſecundum Fran.Bald.in tracta. præſcript. in iiij. par.in prin.ver.decimoquartò,nu.1.quando nihil fuiſſet præſcriptum, ſed ſi quid fuiſſet præſcriptum citius
tolleretur,† & præſcriptio incipit quãdo fines turban 2
tur,vnde ſi duo prædia per triginta annos ſtetiſſent nõ turbata,nihil fuiſſet præſcriptum,vt not.Paris de Put. in cap.an ſi vnus.num.1.de fini.feud.per Gloſ.& Bald. in l.4.actione.ff.fini.regundo.& per Bald.in d.l. fin. C. eod.titu.& ibi Bal.nume. 1. dicit quòd ſi vicinus meus aliquid vendiderit de meo, egrediendo agrorum terminos, tunc emptor decem annorum ſpacio præſcribit,videlicet præſcribitur dominio & non actioni:quia adhuc finium regundorum actio competit, vt termini commodius diſtinguantur & ei remanebit illud quod præſcripſit,& hoc eſt dicere finium regũdorum actionem durare in ſe, ſed iudex præſcriptionis cõmodum
non debet præſcribenti auferre, † Et ſic finium regun 3
dorum actio directè non tollitur, ſed indirectè: quia cum dominium indirectè præſcribatur,contra finium regundorum actionem præſcriptum eſſe cenſetur, vt in ſimili not.in l.ij.C.de ſeruitu.& aqua. & in l. vſucapio. C. de pigno. ergo vbi aliquid de meo eſt præſcri-

N ptum,

ptum, actio indirectè tollitur, vel ad præſcriptionis formam reducitur, & aduerte ſecundum Pari. de Put.
4 in d.c.an ſi vnus.num.1.† præſcriptionem non procedere quando rerum feudalium fines occupati forent, contra quos non cauſatur aliqua præſcriptio ab emptore, vel alio occupatur, quia dicti fines ſunt impræ-
5 ſcriptibiles. † Ac ibi nu.5.ſubdit regem poſſe mouere
6 iuſtum bellum propter fines turbatos. † Confinia verò inter communitates triginta annorum ſpacio præſcribuntur vt traditur à Pau.Caſtren.in conſi.ccccl vij. reſpondeo.in prin.vol.j.per l.C.de anna.excep. & l. ſicut.C.de præſcript. xxx. vel xl. anno. & per d.l.fin. C. fini. regundo. Iſta tamen qualiter procedant declara-
7 bitur infra.in c.lxxvj. † Et erit aduertendum quòd d.l. fin.procedit in præſcribendis agrorum finibus, qui ſpacio triginta annorum præſcriberentur, niſi eſſent limitati, quia tunc præſcribi non poſſent.l. fin. C. de fund. limi.lib.x.quem allegat Archi.in c.quicunque.xvj.q.iij. & Guid.Papæ in conſi.lxxxviij.nu.5.vbi dicit quaſi omnes tenere, quòd quando fines ſunt diſtincti, præſcribi non poſſunt. & prędictis adde Curti.ſenior.in conſil.lvij.nume.quarto.

## CAP. LXXV.

1 *Actio finium regundorum in finibus rerum temporalium eccleſiæ, ſpacio quadraginta annorum euaneſcit.*

2 *Fines epiſcopatuum & parochiarum, non præſcribuntur, nec confunduntur termini.*

3 *Diœceſum & parochiarum limites non præſcribuntur, quia ſpiritualia occupanti non conceduntur.*

4 *Præſcribuntur ea quæ ſunt intra limites diœceſum non cohærentia finibus.*

5 *Epiſcopale ius quando ab epiſcopo præſcribi poßit in eccleſiis ſitis in alieno territorio.*





6 *Diœceſis certa pars præſcribi poterit, ſaluis remanentibus limitibus.*

7 *Epiſcopatus fines non præſcribuntur, licet ciuitas ſine his per mille annos ſtetiſſet.*

8 *Epiſcopatus fines ſi erunt incerti, erit recurrendum ad nouos terminos uel ad terminos iuriſdictionis temporalis.*

9 *Diœceſum fines non alterantur per mutationes dominorum temporalium factas de ſuis territoriis.*

10 *Fines iure proprietatis & non iure finium præſcribuntur.*

11 *Eccleſiæ maioris fines extenduntur per xl. paſſus.*

12 *Fines quando præſcribuntur, requiritur ſcientia & patientia aduerſarij.*

IN finibus † autem rerum temporaliũ eccleſiæ actio 1
finium regundorum tranſacto xl.annorum curriculo euaneſcit c.quia indicante, de præſcrip.& not.Gloſ. in c.quicunque, in ver.prouinciarum.xvj. q. iij. & c. ex
literis. de proba. & ibi Aretin. in iij. not. dicit, † quòd 2
licet fines rerum temporalium eccleſiæ præſcribi non poſſint, tamen fines epiſcopatuũ & parochiarum non præſcribuntur, ne iuriſdictionis eccleſiaſticæ termini confundantur, vt in c.ſuper eo. de parochi. vel ſecundum Inno. in c. cum cauſam. de proba. quem refert
& ſequitur Fely.in d.c. quia indicante. in fi. † diœce- 3
ſum & parochiarum limites ſunt impræſcriptibiles, quia licet temporalia occupanti aliquando concedantur, tamen ſpiritualia nunquam.vt not.Oldra.in conſi. lxxxiij.in fi. Erit modo aduertendum ſecundum Gloſ. in d.c.quicunque & Fely.in d.c.quia indicante.num.4.
† quòd ea quæ ſunt intra diœceſum & parochiarũ fi- 4
nes, limitibus nó cohærẽtia præſcribi poſſunt: vt habetur in d.c.ſuper eo.& per Abb.ibi.nu.6.quia vno prohi
bito reliquũ videtur eſſe conceſſum.† Vnde vnus epi- 5

ſcopus cum titulo,vel ſi tantũ tempus effluxerit quòd non ſit in contrarium memoria,poterit epiſcopale ius præſcribere in eccleſiis in alterius diœceſi ſitis.vt no. Glo.fin.in c.licet in regulis in ſi.xvj.q.iij.& ſimiliter in alieno territorio vſus inſigniorum denotantium ſuperioritatem,præſcriptione vel conſuetudine acquiri poterit,cauſata tamen tanto temporis ſpacio, quòd non ſit memoria in contrarium,quando erit ſine titulo,vel cũ titulo per xl.annos,vt voluit Ant. Capi. in deciſio. clxxxix.in num. 8. & per Abb.in c.j.nu.10.vt lit.pen.& per c.j.de præſcrip.lib.vj.facit vt ipſe Abb. dicit.in d.c. ſuper eo.pro Epiſcopo Feſulano, qui in diœceſi Florentiæ habet eccleſiam ſibi ſubiectam, cum toto illius
6 parochiæ populo. † Et ſic ſaluis remanentibus limitibus, diœceſis certa pars præſcribi poterit, ſi non apparuerit vbi fuerunt limites, & tunc obſtabit præ-
7 ſcriptio. † Et erit etiam notandum,quòd ſi ciuitas ſtetiſſet per mille annos ſine epiſcopo,epiſcopatus fines non præſcriberentur,vt declarat Glo.in c.felix. in ver.
8 proprium.xvj.q.j. † Et quãdo epiſcopatuũ fines erunt incerti,ad nouos recurrendum erit terminos, vel ad iuriſdictionis ſecularis terminos,ſecundum quod voluit Fely.in d.c.quia indicante,nu.5.per Hoſti. in ſumma de proba.§.fi.quæ tamen vt ipſe dicit ſunt intelligenda ſecundum.Gloſ.in cler.Romani. in ver. diœce-
9 ſis. de electio.quæ † vult mutationes dominorum temporalium factas de ſuis territoriis, non alterare diœceſum fines. & ad prædicta faciunt quæ congerit Paris de Put.in c.an fines.de fini.feu. & notandum venit ſecundum Abba.in d.c.quia indicante.in fin. quem ſequitur Bald.ibi.nu.3. & habetur per Pari. de Put. in c.
10 an ſi ex impetu.nu.4.de fini.feu. † quòd fines iure proprietatis,& non iure finium præſcribi poſſunt, ſcilicet vt terminus vnius non extendatur,nec alter reſtringatur,ne confundantur termini. vt not.Gloſ.in d. c. quicunque,



cunque,quam ſequitur ibi Archi.& per c.j.de præſcri. & habetur per Glo.in pragma.ſanctio.in prooe. in ver. limites. † Notandum erit etiam quod dicitur in c. diſ- 11
finiuit,& c.ſicut antiquitus, xvij. q. iiij. quòd eccleſia maior ſuos extendit fines per quadraginta paſſus, & eccleſiæ minores, & capellæ per triginta. & prædictis adde Bar.in §.neque.nu.5.in auct.de mãda.prin. † Ne- 12
que erit omittendum,quòd in præſcribendis confinibus, ſcientia & patientia aduerſarij requiritur,vt habetur per Alexan.in conſi.xxiij.viſo proceſſu, vol.j. & ſcientia & patientia præſumitur concurrente loci vicinitate,vna cũ temporis diuturnitate,vt vbi per eum.

## CAP. LXXVI.

1 *Dignitatum ſecularium fines præſcribi non poſſunt.*
2 *Principes ſeculares cum graui animarum ſuarum præiudicio aliena occupant territoria.*
3 *Fines regnorum, prouinciarum, diœceſum uel parochiarum non præſcribuntur.*
4 *Præſcribi poterit quicquid eſt intra fines.*
5 *Fines prouinciarum uel diœceſum præſcribi non poſſunt, ſi conſtare poterit ubi eſſe ſolebant.*
6 *Fines territoriorum non præſcribuntur, ſi conſtare poterit ubi eſſe ſolebant.*
7 *Fines publici præſcribi non poſſunt, quia ad Papam & Imperatorem ſpectat eorum diuiſio.*
8 *Poſſeſſio priuatorum nihil operatur contra id, quod fuit ordinatum à Principe.*
9 *Terminorum diuiſio uel affixio eſt uniuerſalis imperij.*
10 *Fines minimè præſcribi poſſunt ſine principis conſenſu.*
11 *Fines publici cohærent territorio & non perſonæ.*
12 *Iura durius ſtatuerunt quando tractatur de reſtringendo,*

*gendo, uel ampliando fines, quàm aliarum rerum perditione.*

13 *Fines quà de cauſa præſcribi non poßint.*

14 *Præſcriptioni & uſucapioni innitens, impio remedio uti uidetur.*

15 *Fines limitati nunquam præſcribuntur.*

16 *Fines nō limitati in rebus profanis particularium, decem annorum ſpacio præſcribuntur.*

17 *Fines rerum temporalium eccleſiæ, quadraginta annorum ſpacio præſcribuntur.*

18 *Fines diœceſum & parochiarum ſunt impræſcriptibiles.*

19 *Fines dignitatum ſecularium non præſcribuntur.*

20 *Præſcribuntur ea, quæ ſunt intra confines limitibus non cohærentia.*

ET hic venit declarandum ſi regnorum, prouinciarum, vel aliarum dignitatum ſecularium fines præſcribi poſſunt, & Abba. in c. ſuper eo. in fi. de paro.
1 dicit, † dignitatum ſecularium limites non præſcribi, vt in ducatu, comitatu, & ſimilibus arg. l. agros. quæ
2 eſt l. fi. C. de fund. limi. lib. x. cum plurib. concor. † Subdens principes ſeculares malè facere, qui quotidie aliorum territoria, cum graui animarum ſuarum præiudicio occupant, & idem videtur ſentire Car. Zabarel. in cler. parochialis. verſi. vt illud, nu. 4. de re iudi. & Fab. in §. quædam actiones. nu. 38. Inſtit. de actio. dum dicit fines ducatuum, baroniarum, vel caſtellaniarum præſcribi non poſſe, ſi limitati fuere. & idem videtur velle Par. de Put. in c. at ſi fines, nu. 9. de fini. feu. & Io. Lecirier. in tract. de primogeni. q. iiij. nu. 2. lib. ij. tho. vij.
3 & ſecundum Martin. Lau. in q. cxxxvj. tho. v. † licet prædiorum fines præſcribi poſſint per l. fin. C. fini. regund. tamen fines prouinciarum, regnorum, diœceſum vel paro



parochiarum, non præſcribuntur, ne fiat confuſio, niſi fines eſſent dubij, † vel niſi intra fines aliquid præ- 4
ſcriberetur, quia tunc poſſet præſcribi per text. & Gloſ. fin. in ca. quia indicante. & cap. cum eodem, de præſcript. & ſecundum Petr. de Vbal. in tracta. de duo. fratri. part. v. nume. 3. tho. viij. & Curti. ſenior. in conſil. lvij. nume. 7. † ſi conſtare poterit fines prouin- 5
ciarum, vel diœceſum diſtinctos fuiſſe, vel ſi probari poterit vbi eſſe ſolebant. non præſcribuntur ea ratione, ne confundantur termini, vt c. quicunque & cap. licet, cum Gloſ. xvj. q. iij. & cap. volumus xvj. q. iiij. & d. c. ſuper eo. & d. c. quia indicante, † & eadem ratio- 6
ne idem poſſet dici in territoriorum finibus, ne fiat confuſio, vt videtur innuere Gloſ. in d. c. quicunque. in ver. prouinciam. licet Fely. in d. c. quia indicante in fin. videatur contrarium ſentire, videlicet, quòd territoriorũ fines præſcribi poſſint, & quia de iſta ratione dubitari poſſet, ideò videtur eſſe melior ratio quã deſcribit Lauren. Calca. in conſil. xc. quia iſta quæſtio. nume. 6. † vbi vult, quòd fines publici non præ- 7
ſcribuntur, quia ad ſolum Papam vel Principem ſpectat diuiſio regnorum, territoriorum, diœceſum, parochiarum, vel plebanatuũ, & eis ſunt reſeruata in ſignum vniuerſalis iuriſdictionis imperij & actus. † Vn- 8
de priuatorum poſſeſſio nihil operatur contra illud quod ſtatutum & ordinatum à principe fuit, & contra iſtud præſcribi non poterit, per Ioan. And. in c. j. de cleri. ægro. & per Ang. in l. ſicut. C. de præſcript. xxx. vel xl. anno. † Et ſic tale ius figendi terminos, vel 9
diuidendi, cum ſit vniuerſalis imperij, alienari vel diminui non poterit, & vbi non cadit alienatio, nec præſcriptio, & ideò contra illud, quod conceſſum vel diuiſum, aut determinatum fuit à principe præſcribi nō poterit, per Bal. in rub. C. de præſcri. & in l. nullo. C. de rei vendi. † Igitur fines minimè præſcribi poterũt fine 10
princi

principis conſenſu,per tex.& Gloſ.in d.c. licet. xvj. q.
11 iij.† Et poſſet etiam dici,quòd fines publici cohærent
territorio & non perſonæ. Vnde per perſonam mutari non poſſunt,vt ibi per eum nu.17.& deducit Bar. in l.ſequitur.§.ſi viã.ff.de vſuca.vel vt dixit Pet. de Vbal.
12 in præallegato loco. † Iura durius ſtatuerunt,quando tractatur de reſtringẽdo, vel ampliando prouinciarũ, diœceſum,ſeu territoriorum, & aliarum dignitatum ſecularium fines,quàm aliarum rerum perditione, ſeu acquiſitione. Vel vt traditur per Alciat. in l. quinque pedum,in verſi.adnotandum.in pagi.xiij.C. fini.regun.
13 † Limites præſcribi non poſſunt, non ea ratione ne confundantur termini,ſed potius,quia qui illos poſſidet,videtur magis iure viciniatis & amicitiæ vſurpaſſe quàm iure facultatis.l.qui iure. ff. de acqui. poſſ. & ibi in pagi.xiiij.dicit,non eſſe æquum compellere vicinos, vt fines ſuos accuratè cuſtodiant, & ad inuicem qualibet hora digladientur,ne limes excedatur, cum huiuſmodi rixas lex abhorreat,& hęc interpretatio,vt ipſe dicit,eſt facienda æquitate ſuadente & humanita-
14 te,cùm alioqui,† qui vſucapioni vel præſcriptioni innititur,impio remedio vti videtur.§.habeat.in auct. vt eccle.roma.& ſic pro maiori declaratione, quæ hic & in præcedenti cap.relata fuere, ita diſtinguendum &
15 concludendum eſſe arbitror, † Aut loquimur de præſcribendis finibus limitatis,& tales fines ſiue priuatarum rerum ſecularium vel eccleſiarum,ſiue publicarũ rerum,aut dignitatum eccleſiaſticarum, & temporalium,nunquam præſcribi poterunt.d.l.agros.C. de fin. limi.lib.x.& per Guid.Pap.in cõſi.lxxxviij.nu.5. vbi di-
16 cit,quaſi omnes Doctor.idem tenere. † Aut loquimur in aliis finibus nõ limitatis, & tunc ſi agitur de finibus in rebus profanis particulariũ præſcribẽdis, & decem annorũ ſpacio præſcriberẽtur,licet actio duret triginta annis vt not.Fab.in d.§.quædam actiones,nu.35. 36.

& 37.



& 37.& Ang.nu.13.&Iaſ.nu.39.& Bal.in l. fi.C. fi.regũd. † Aut loquimur de finibus rerũ tẽporaliũ eccle- 17
ſiarũ, in quibus 10. annorũ curriculo actio euaneſcit, vt not.Gloſ.in d c.quicunque in verſi.prouinciã,& facit tex.in d.c.quia indicãte,& in c.ex literis,& ibi Are.
in iij.not. † Aut tractatur de diœceſum & parochiarũ 18
confinibus, & ſunt impræſcriptibiles, quia ſpiritualia occupãti non cõceduntur.licet tẽporalia quandoque ſecundum Oldra.in cõſ.lxxxiij.an Epiſcopus,in fi. vel ea ratione ne cõfundantur termini.vt not.Gloſ. in d.c. quicunque,vel ea ratione,ne priuatorũ poſſeſſio operetur contra id quòd à Principe ſiue Imperatore ordinatum fuit,quia q̃ non poteſt fieri expreſſè,nec tacitè:cum illa æquiparentur,l.cum quid.ff.ſi cert.pet.& per Calca.in d cõſ.xc.nu.15.iure verò proprietatis,& non iure finium præſcribi poterunt, id eſt vt per hoc limes non extẽdatur,vel reſtringatur,per not. Gloſ.fi.
& Archi.in d.c.quicunque,† Aut tractatur,de regno- 19
rũ,prouinciarũ,ducatuũ & aliarum dignitatum ſecularium, & territoriorum confinibus, & præſcribi non poſſunt per ſupradictas rationes: & maximè quando probari poterunt,& tunc præſcriptio obſtabit, vt per Abba.in d.c. ſuper eo. in fi. & Martin. Lauden. in d.q.
cxxxvj. † Aut tractatur de præſcribendis iis quæ ſunt 10
infra confines limitibus non cohærentia: & præſcribi poterunt per tex.& Gloſ.fin.in d.c. quia indicante, & quia vno prohibito,reliquum videtur eſſe conceſſum. vt per Fely.ibi numero quarto.

## CAP. LXXVII.

1 *Iuriſdictio adeò eſt plantata territorio, quòd ab eo euelli non poteſt, & præſcribens territorium præſcribit etiam iuriſdictionem.*

2 *Iuriſdictio contra Papam uel Imperatorem præſcribi poterit.*

3 *Præſcribi poſſunt ea qui Principi ſunt reſeruata, in ſignum ſpecialis prærogatiuæ.*

4 *Iuriſdictio quando præſcribitur, requiritur bona fides*

5 *Populus ſi à principio eſſet in mala fide, licet hodie eſſet in bona, non præſcriberet in æternum.*

6 *Iuriſdictio quando præſcribitur requiritur Principis ſcientia.*

7 *Iuriſdictio ſi fuit per tantum tempus, quòd non ſit in contrarium memoria, non requiritur ſcientia.*

8 *Iuriſdictio quando præſcribitur quorum ſcientia requiritur.*

9 *Iuriſdictio tanto temporis ſpacio præſcribitur, quod territorium.*

10 *Imperium per tantum temporis ſpacium præ cribitur, quòd non ſit memoria in contrarium.*

11 *Iuriſdictio per non uſum triginta annorum ſpacio præſcribitur.*

12 *Iuriſdictio præſcribitur ut ampliari poßit, non quòd iuriſdictionis termini amplientur.*

13 *Teſtes ſuper præſcriptione deponentes, qualiter deponere debeant.*

14 *Præſcriptio articulari debet quando allegatur.*

15 *Teſtes deponentes ſuper tali præſcriptione, debẽt eſſe ad minus ætatis annorum quinquaginta quatuor.*

CVm autem in præcedenti cap. diſcuſſum fuerit
qualiter fines regnorum, prouinciarum, vniuer-
ſitatum, territoriorum, & aliarum dignitatum, vel re-
rum particularium præſcribi poſſint: ideo nunc erit
1 conueniẽs declarare † ſi iuriſdictio & eius fines præ-
ſcribi poterunt, & in primis ſciendum erit, quòd iu-
riſdictio adeò eſt plãtata & radicata territorio, quod
ab eo



ab eo euelli non poteſt, & ita & taliter quòd præſcri-
bens territoriũ, videtur etiã præſcribere iuriſdictio-
nẽ: ſicut præſcribens fundũ, præſcribit etiã quicquid
ibi plantatum & radicatum fuit, vt per Boer. deciſio.
ccxxvij.num.29.in ij.par.per l.in modicis.ff.de condi-
tio.emp.& per c.ex literis.de iure.patro.iuncto.tex.in
l.j.§.cùm vrben.ff.de offi.præfec.vrb.& l.fin.ff. de iur.
omni.iudi.† Et iuriſdictio præſcribi poterit etiã con- 2
tra Papã & Imperatorẽ vt voluit Abb.in cõſi.lxij.nu.
18.vo.ij.per l.cõperijt.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno.
& c.ad audientiam.ca. ſi diligẽti. de præſcrip. & per l.
fin.C.fini.regundo.† Imò ſecundũ eũ, quæ ſunt Prin- 3
cipi reſeruata in ſignũ prærogatiuæ & priuilegij ſpe-
cialis, præſcribi poſſunt per tãtum tẽpus, de cuius ini-
tio memoria non exiſtit, ca.ſuper quibuſdã.de verbo.
ſigni.veluti ius exigendi datia, legitimãdi, & ſimilia, &
idẽ videtur ſentire Deci.in conſi.cccclxviij.nu.5.volu.
iiij.† Et in præſcribẽda iuriſdictione bona fides requi- 4
ritur ab initio, adeò quòd ſcientia obliuioni tradita
non ſit habenda pro bona fide, ſecundum Bal.in l.im-
perium.in antiqua lectura.ff.de iur.con.iud.quẽ refert
& ſequitur Sozin.in cõſi.clxxx.vij.nu.26.vol.ij.† Vn- 5
de ſi populus vellet præſcribere iuriſdictionem in
aliquo caſtro, quod potuit eſſe de ſuo comitatu. ſi
tamen in principio fuit in mala fide, licet hodie eſſet
in bona non præſcriberet in æternum, quia cum vnus
populus ſit idem, ſemper videtur mala fides conti-
nuari. l. clam poſſidere. in prin. ff. de acqui. poſſe. &
l. proponebatur. ff. de iudi. † Sed eſt dubium an re- 6
quiratur ſcientia & patientia Imperatoris, vel alte-
rius Principis in præſcribẽda iuriſdictione, & Bar.in l.
j.§.neq;.ff.de aqua plu.arcẽ.& in l.ſi publicanus.§.fin.
ff.de publica. tenet quòd ſic, & idem voluit Iaſ. in l.
prima, in fin.ff.de iur.omni.iudi.dicens, quòd quando
iuriſdictio eſt penes Principem, cuius ſcientia re-
quiritur,

quiritur, & quando eſt penes ciuitates, quæ ſuperiorem non recognoſcunt, ſufficere, quòd populo ſciẽte præſcribatur per not. Inno. in c. cum acceſſiſſent, circa medi. de conſti. & per Bal. in c. j. nu. 9. ſi de inueſtitu. inter do. & vaſal. lis oriat. & per Alex. in d. l. j. ff. de iur. om. iudi. & in conſ. xxxv. viſo proceſſu cauſæ. volu. iiij. ſed Iaſ. in d. l. Imperium. nu. 21. quẽ refert & ſequitur Bal. in tract. præſcriptio. in ij. par. v. part. princ. verſ. ſe-
7 cũda quæſtio eſt, reprobat Bar. opi. cõcludẽs, † quòd in præſcriptione tanti temporis cuius initij non reperitur memoria in contrarium, non requiritur ſcientia, neq; patientia in præſcribenda iuriſdictione, quia iſta præſcriptio habet fomentum à lege, & vim conſtituti ſeu priuilegij, & ſic non ſtat in terminis propriæ præſcriptionis. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verbo. ſigni. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. & per Alex. in cõſi. vj. viſo themate & dubiis, vol. j. vbi dicit in fin. quòd opi. Bar. in hoc damnatur communiter, & quòd eius opinio procederet in minoris
8 temporis præſcriptione, & plura ad hoc cõgerit. † Et ſubditur à Baldo quòd in caſu in quo ſcientia & patientia requiritur, tunc ſufficit ſcientia & patiẽtia officialiũ Imperatoris, vel alterius Principis, ſiue Marchionis, aut Comitis inueſtitorum ab Imperatore, & per Bar. in d. §. denique, & Cardi. Inno. & Abb. in c. cũ contingat. col. iiij. de fo. compet. & Aretin. in cõſ. cliiij. conſulatio præpoſita. Et idem voluit. Areti. in conſil. xlij. nume. 2. ſubdens quod in acquirẽda iuriſdictionis quaſi poſſeſſione ſufficiat ſcientia & patientia iudicis
9 loci vel prouinciæ. † Et iuriſdictio ſecundum Boer. in deciſio. ccxxvij. tanto temporis ſpacio præſcribitur,
10 quãto territoriũ, per l. fi. & ibi Bal. C. de præſcrip. † Et imperium merum per tantum tempus præſcribitur quòd non ſit in contrarium memoria ſecundum Bar. in conſil. clxxxix. primum quæritur, vtrum iuriſdictio.

ctio.



ctio num. 5. & per Bal. in præallega. loco. in verſ. circa primam quæſtionem. † Et iuriſdictio per vſum amit- 11
titur triginta annorum ſpacio, ſecundum quod not. Corne. in conſi. cxlij. num. 10. vol. iij. per d. l. ſicut, & l. omnes, & l. cum acutiſſimi. C. de pręſcrip. † Iſta tamen 12
ſunt intelligenda quantum ad hoc, quòd iuriſdictio præſcribatur, vt ampliari poſſit, non quòd iuriſdictionis termini præſcribi poſſint, vt voluit Bal. in d. c. quia indicante. nume. 3. de præſcrip. & circa prædicta te remitto ad diſtinctionem quam feci in præcedenti cap.
† Et erit poſtmodum aduertendum ſecundum Pariſi. 13
in conſil. ciiij. num. 5. volumin. j. quòd teſtes deponentes ſuper tali præſcriptione debent dicere, quòd ſemper audierunt & viderunt, & contrarium non audierunt, & ſemper fuit opinio quòd ſic fuerit, & quòd non extat contrarij vel initij memoria, per Gloſ. in c. j. in ver. memoria, de præſcript. in vj. & quam Pariſi. ſequitur in d. conſi. ciiij. nume. 121. Et vide ad idem quæ latè congerit Ant. Capy. in deciſio. cxcij. in cauſa.
† Et talis præſcriptio debet articulari quando alle- 14
gatur, † ac ſubdit Pariſi. ibi nume. 124. vnum quod 15
eſt menti tenendum, quòd teſtes deponentes ſuper tali præſcriptione debent eſſe ad minus ætatis annorum quinquaginta quatuor.

## CAP. LXXVIII.

1 *Iuriſdictionis generalis poſſeßio acquiritur per unum actuum exercitij iuriſdictionis.*

2 *Iuriſdictionem exercens in uno populo, non extenditur ad alias perſonas.*

3 *Poſſeßionem fundi acquirens, non habet neceſſe circum ambulare omnes glebas.*

4 *Poſſeßio ciuitatis uel prouinciæ acquiritur ſi publicè per omnes ciuitatis uel prouinciæ partes fiant proclamata, uel banna.*

*Præſcri*

5 Præſcriptio non currit contra habentem ius generale, licet eo non utatur longo tempore.
6 Præſcriptio non obſtat contra militem, licet in certis capitulis uſus fuerit iuriſdictione, & in certis non.
7 Iuriſdictio eſt res incorporalis, & rei incorporalis diuiſionem non capit.
8 Ius colligendi pedagia præſcribitur tantum in illis rebus, in quibus ſolitus eſt exigere.
9 Iuriſdictio præſcribitur tantum in illo actu, in quo probatur quaſi poſſeſſio.
10 Iuriſdictione utens in uno actu, in omnibus retinet, ſi habet conceſſionem ab habente poteſtatem.
11 Iuriſdictionem habens à principe, utendo ea contra unum uel duos, retinet eam contra omnes in eadem iuriſdictionis ſpecie.
12 Præſcriptio iuriſdictionis per x. annos inter præſentes, & xx. inter abſentes non ſufficit.
13 Probatio unius actus iuriſdictionis, non facit reſultare alium actum iuriſdictionis.
14 Iuriſdictionis ſpecies una, poteſt acquiri per unum in uno loco, & in eodem poterit per alium acquiri alia ſpecies.
15 Præſcriptionis interruptio in certis capitulis iuriſdictionis facta, alio uniuerſaliter poſſidente, non operatur effectum reſpectu uniuerſalis iuriſdictionis.
16 Præſcribitur tantum quantum poſſidetur.
17 Præſcriptio iuriſdictionis non operatur niſi contra quos proceſſum extitit.
18 Præſcriptio iuriſdictionis extenditur in eodem loco ad aliam cauſam in eiuſdem ſpeciei iuriſdictione, contra eaſdem perſonas.

Actus



19 Actus qui exercetur, acquiritur tantum ex conſuetudine.
20 Præſcriptione inſtitutionem acquirens, non uidetur deſtitutionem acquiſiuiſſe.
21 Iuriſdictionis uniuerſalis poſſeſſio quando probatur.
22 Epiſcopalia iura exercens, acquirit ſolum in illis in quibus exercet.
23 Poſſeſſio unius articuli, non facit inferre ad alios aticulos.
24 Iuriſdictionem habens ab habente poteſtatem, & in uno actu eam exercens, in omnibus acquirit.
25 Iuriſdictionem præſcribens in ciuilibus, quando dicatur præſcribere in criminalibus.
26 Iuriſdictionis actus qui exercetur, quando tantum præſcribitur.
27 Iuriſdictionis actus exercens ſub una ſpecie, extenditur ad ommes actus ſub eadem ſpecie iuriſdictionis.
28 Mixtum imperium acquirens, non poteſt uti mero imperio.
29 Præſcriptionis interruptio facta in certis capitulis, non operatur effectum iuriſdictionis uniuerſalis.
30 Iuriſdictionis & territorij actus qualiter demonſtretur.
31 Solutio cenſus deſignat ſolutionem.
32 Iuriſdictionis exercitium denotat locum eſſe illius qui exercet.
33 Præſcriptionis interruptio quando fiat ciuiliter & naturaliter.

ET ſucceſſiuè declarandum venit, an vnum iuriſdictionis actum exercens, in omnibus aliis iuriſdictio

dictionem acquirat, & erit vtile ſcire, quia ex iuriſdictionis exercitio diſcerni poterit, quantum ſe extendant territoria, & eorum confinia, & Spe.in tit. de iur.
1 omni.iudi.§.j.verſ.illud etiã nota.nu.35.dicit, † quòd generalis iuriſdictionis poſſeſſio acquiritur, ſi vnus iuriſdictionis actus exercetur, veluti ſi quis cognoſcat de vna cauſa ciuili, vel criminali, vel ſi excommunicet, vel aliud faciat, quod ad iuriſdictionem pertineat, dummodo intendat vti iure ſuo, quoad iuriſdictionem vniuerſaliter, quia ſi intenderet vnum actum, in ciuilibus tantum cauſis vti iure ſuo: non per hoc acquireret in criminalibus.argũ.l.fin.ff. quẽadmo. ſerui. amitt.& c.auditis.& c.cum olim.de præſcrip.& ita fuit concluſum in Deciſio.Tholo.in q.cccxxiij.& iſtã opi. ſequitur Pau.Caſt.in l.reſtituta. ff. ad trebellia dicens quòd generalis quaſi poſſeſſio alicuius territorij, per vnum iuriſdictionis actum, quem quis facit, apprehenditur quantum ad omnes alios, ſi eo animo facit vt omnes acquirat, licet etiam ſint plures iuriſdictionis partes, quia quædam merum imperium concernunt, quædam mixtum, quædam ſimplicem iuriſdictionẽ & ſic ſimplicẽ iuriſdictionem exercendo, acquirit etiã mixtum & merum imperiũ, cũ oẽs iuriſdictionis
2 partes ſint cõnexę:& faciãt vnũ totũ, † licet non erit ſic ſi exercet in perſonas certas, vel in vno populo animo quærendi quo ad alios, quia perſonæ ſunt diſtinctæ, & ad alios iuriſdictio non extẽditur. Et ſimiliter Specu.vbi ſupra dixit, quòd iſta generalis iuriſdictio non extenditur vltra perſonam, in qua eam exercuit, & licet eam exercuiſſet in vniuerſitate, non per hoc acquireretur iuriſdictionis poſſeſſio in ſingulares
3 perſonas, arg. cap. quæ manumittuntur.xij. q.ij. † Et ſupradicta corroborari poſſunt ex eis quæ tradidit Abb.in d.c.cum olim nume.6. vbi vult ſimiliter in acquirenda fundi poſſeſſione, non eſſe neceſſe quòd quis



quis circumambulet omnes glebas, ſed ſufficit quamlibet fundi partem introire, dummodo ea mente faciat, vt totum fundum vſque ad terminos velit poſſidere, per l. poſſideri. in princi.ff.de acqui.poſſ.& l.vulgaris. in prin.ff.de furt. & ad not. per Alexan. in conſi. lxxxviij. quoniam omne datum verſi. nec obſtat ſi diceretur quod teſtes. nume. 12. vol.v. † Et ſecundum 4
Specu. in cita.loco, generalis poſſeſſio ciuitatis vel prouincię acquiritur, ſi vniuerſaliter fiat proclama vel bannum, & dummodo alius non ſit in generalis iuriſdictionis poſſeſſione. † Item ſecundum eum ibi habẽs 5
iuriſdictionem, vel aliud generale de iure vel conſuetudine, vel ſtatuto in aliquibus locis vel perſonis, & quantocunque tempore ſteterit, quòd in aliquo dictorum locorum vel perſonarum non vtatur omni iure quod in eis habet, vel etiam in aliquo capite, non per hoc contra eum præſcribitur, quia ſemper poſſidet: nam exercendo ius illud, vel vnum capitulum illius iuris generalis, in vno ſuo loco, in omnibus ſuis locis & perſonis ac capitulis retinere videtur, niſi poſſeſſionem amittat: quia expulſus fuerit, & reuerſus non admittitur. † Et Specu.in tit.de præſcrip. in prin.in verſi. 6
ſed pone miles quidam, nume. 22. ad hoc propoſitum ponit quæſtionem quòd quidam miles habebat caſtrum & dicti caſtri iuriſdictionem, & in certis capitulis vſus fuerat dicti caſtri iuriſdictione, quibuſdam verò non per quadraginta annos, & amplius, & tamen ei non obſtabit præſcriptio in illis capitulis, in quibus vſus non fuit, † quia iuriſdictio eſt res incorporalis, 7
cum ea quæ in iure conſiſtant ſint corporalia.l.j.§. fin. ff.de rer.diui.& res incorporales diuiſionem non capiant.l.ſeruus.§.incorporalis.ff.de acqui.rer. domi. licet ſit argumentum contra in c.quorundam.xxiiij.diſt. Et aduerte quod in contrarium vidẽtur facere ea quæ

O not.

not. Bart. in l.j.§.ſi quis hoc interdict.ff.de it. actuque
priua. quem ſequitur Abb.in conſi.lxxj.num.13. vol.ij.
8 † Vbi ſi quis colligendi pedagia ius habens vult dice-
re præſcripſiſſe,quia probauit, quòd ſolitus eſt colli-
gere,de talibus rebus,quod in illis tãtum quæſiuit, in
9 quib.apparet ſolitum eſſe colligere,† Ac etiam ſubdit
in præſcribenda iuriſdictione,probata quaſi poſſeſſio-
ne certi actus, in illo tantum actu præſcribet, non in
aliis,& ſecus eſſet vbi haberet conceſſionem ab illo,
10 qui concedendi ius habet: † quia non ſolum,ſi in vno
actu iuriſdictione vteretur, eam in omnibus acquire-
ret,ſed retineret, prout etiam voluit Alber. Brun. in
11 conſi.xxxiiij.nu.14.† Et ſic qui habet iuriſdictionem à
Principe,illam exercendo contra vnum vel duos,eam
retineret contra omnes, in eadem tamen iuriſdictio-
nis ſpecie,vt habetur per Bar.in d.§.ſi quis hoc interdi
12 cto,quem ſequitur Boer.in deciſio.ccxxvij. nu. 4. † Et
ſecus eſſet ſi fieret fundamentum ſuper præſcriptione
in iuriſdictionis acquiſitione,ſcilicet per decem annos
inter præſentes, & viginti inter abſentes, quæ contra
tertium non ſufficeret,ſi iuriſdictionẽ exercuiſſet. per
13 l.viros.C.de diuerſ.offic.lib.xij. † Ad idem faciũt not.
per Corne.in conſi.cxlij.in prin.& in conſi. cccxxxiij.
ca.num.46.vol.j.vbi habetur quòd probatio vno actu
iuriſdictionis, non reſultabit alia poſſeſſionis iuriſdi-
ctionis probatio, ſed illius tantum ſpeciei iuriſdictio-
14 nis probatio, quam reſpicit ille actus. † Nec eſſe in-
conueniens quòd vnus in vno loco, vnius ſpeciei iu-
riſdictionem quærat, & alterius ſpeciei alius quærat,
vt refert Bar.in l.ſi publicanus.§.fi.ff.de publica.& per
d.§.ſi quis,hoc interdicto.& per Anto.Capy. in deciſ.
15 xcvj.in cauſa.num.9. † ſicut etiam ſecundum Abba. in
d.capit.cum auditis.num.9.præſcriptionis interruptio
incertis capitulis facta, alio vniuerſaliter poſſidẽte iu-
riſdi



riſdictionem, non operatur effectum ſuum reſpectu
iuriſdictionis vniuerſalis, ſed ſolum reſpectu illorum
capitulorum,in quibus facta fuit, quia exercitium in
vno articulo,ad totam iuriſdictionem non extẽditur,
alio vniuerſaliter poſſidente, † ſed tantum præſcribi- 16
tur,quantum poſſidetur c.cum contingat.de deci.& d.
§.ſi quis hoc interdicto, & ibi Bar. & per Fely. in d. c.
cum auditis,col.v.verſic.eſt igitur reg.de præſcript. &
Alexan.in conſi.cxx.col.fi.vol.iiij.& per Pariſi.in conſ.
lvij.nu.150. vol. j. & ad idem adduci poſſunt ea, quæ
congerit Sozin.in cõſi.clxxxvij.nu.28.vol.ij. † vbi ha- 17
betur, quòd iuriſdictionis præſcriptio allegari non
poſſit,niſi contra illos,contra quos proceſſum extitit,
& reſpectu loci, in quo proceſſum fuit, & non ad di-
uerſam iuriſdictionis ſpeciem, per text. in d. c. cum
auditis,& d.c.cum olim,& per Ioan.And.ibi. † ſed eſt 18
verum,quòd talis præſcriptio extenderetur in eodem
loco contra eaſdem perſonas ad alium in eiuſdem ſpe
ciei iuriſdictione,per Bald.& alios.in d.l.imperium. ff.
de iur. om. iud. † Vnde ſecundum Gemi. in conſi. xlv. 19
num.6.in acquiſitis ex conſuetudine non queritur,niſi
tantum ille actus qui exerceretur. † Et ſic ille qui ex 20
præſcriptione inſtitutionem acquiſiuit, non intelligi-
tur deſtitutionem acquiſiuiſſe, quia præſcriptio ſine
poſſeſſione non procedit.c.ſine poſſeſſione,de regul.
lib.vj. & cap.ij.de præben.eod.lib. & ideò dicitur tan-
tum præſcriptum quantum poſſeſſum. Iſta tamen
opi.Inno.in d.c.dilectus.ſuper qua ſe fundat dicta de-
ci.Thol.poſſet intelligi prout declarat Abba.in c.j. nu.
3. de religio. domi. † vt procedat vbi ius commune 21
non fundat intentionem alterius,per exercitium certi
articuli,quia tunc probaretur vniuerſalis iuriſdictio-
nis poſſeſſio,ſecus autẽ eſſet, vbi locus ad alium per-
tineret,quia tunc poſſeſſio non extenderetur ad alios

 articu

articulos non poſſeſſos. d. c.cum auditis, & d. c. cum
22 olim, vbi patet, † quòd iura epiſcopalia exercens, ſolum præſcribit in illis, quæ exercuit, vt not. Gloſ.fin.d.
23 dilectus. † Et ſic de poſſeſſione vnius articuli ad alios articulos inferendum non erit.d.c.cum contingat, & habetur per Bar.in d.§.ſi quis hoc interdicto, & ita declarat in d.c.j.de religio.domi.& eo modo ſunt intelligenda, quæ not.Pau. Caſt. in d. l. reſtituta, & ſimiliter Bal.in tract.præſcrip.in ij.par.prin.in ver. ſecũdo quæro, nu.27.videtur intelligere, & pro clariori intelligentia puto ſic diſtinguendum eſſe.
24 † Aut aliquis habet conceſſionem ab habente poteſtatem, & in vno actu iuriſdictionis poſſeſſionem exercendo, in omnib.acquiſiuit, vt per Bar.in d.§.ſi quis hoc interdicto, & ſimiliter in iſto caſu iuriſdictio retinetur & conſeruatur, ſecũdũ quod voluit Bar.ibi.& Boer.in d.deciſio.ccxxvij.
25 † Aut ius commune non fundat alterius intentionem, per exercitium certi articuli, & tunc procedit opinio. Inno.vt præſcribens in ciuilibus præſcribat etiam in
26 criminalibus. † Aut tractamus de acquirenda iuriſdictionis poſſeſſione, per longi temporis ſpaciũ, & tunc præſcribitur ſolum ille actus iuriſdictionis qui exercetur, quia tantum præſcribitur, quantum poſſidetur, prout voluere Gemi.in d.conſi.xlv.& Corn.in d.conſ. cxlij.& cccxxxiij.& Sozin.in d.c.clxxxvij. & in conſil. xj.nu.3.vol.j.dicit, ſi aliquis exercet & præſcribit aliquem actum alicuius iuris, vel iuriſdictionis, & tunc non extenderetur ad actum poſitum ſub alia ſpecie ſeparata alterius iuriſdictionis, & ita procedat dictum
27 Bar. in d. §. ſi quis hoc interdicto. † Aut aliquis exercet, & præſcribit aliquem actum ſub aliqua iuriſdictionis ſpecie, & ad omnes alios caſus extenditur ſub eadem iuriſdictionis ſpecie exiſtentes, ne vna & eadem iuriſdictionis ſpecies, diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui



qui ædes.ff.de vſuca.& ca.cognouimus.xij.q.ij.† Vnde 28
ſi quis acquiſiuit mixtum imperium, non poteſt mero imperio vti, ſed bene poterit vti omnibus ſpeciebus comprehenſis ſub mixto.argu.l.ſtillicidij.§.fi.ff.quemadmodo.ſerui.amitt.† Aut tractatur de præſcriptionis 29
interruptione, & tunc interruptio in certis capitulis facta, non operatur effectum iuriſdictionis vniuerſali reſpectu, ſecundum Abb.in d.c.cum auditis. † Neque 30
erit omittendum ſecundũ Corne.in d.conſi.cccxxxiij. nu.26.quòd territorij & iuriſdictionis actus diuerſimodè demonſtrantur, vt per maleficiorum denuntiationem, vnà cum condemnatione, & pœnarum exactione per iudicem facta, vel per aliud iuriſdictionis exercitium, veluti per redditũum antiquorum exactionem, ac per pedagia, nauigiáque exacta, † & cenſus 31
ſolutionem, quæ ſolutio ſubiectionem deſignat, vt ibi per eum in prin.in ver. & collectarum. & iſta ſic declarata poterunt ad multa prodeſſe, quia ſæpè euenit, quòd vna vniuerſitas vel dominus alicuius caſtri, vel ciuitatis oſtendit ſe exegiſſe gabellam in tali loco, vel in tali via, & alia vniuerſitas vel dominus demonſtrabit in eodem & loco & via ſe exegiſſe pœnas delictorum ibi perpetratorum, vel damnorum datorum, vel alium iuriſdictionis actum exercuiſſe ad effectum, vt appareat dictam viam vel locum eſſe in eorum territorio, † quia ratione exercitij iuriſdictionis, ille locus 32
præſumitur illius qui exercet ſecundum Abba.in conſil. lxij.num.18.& adde quæ latè congerit Sozin. in d. conſi.clxxxvij.num.9.cum plurib.ſeq.vol.ij. † Et ſi vis 33
ſcire, quando præſcriptionis interruptio ciuiliter & naturaliter fiat, vide Bald. in tracta. præſcriptio. in iij. par.vj. & vltima par.princi.in verſi.& primo.

O 3 CAP.

## CAP. LXXIX.

1 *Cohærentia confinibus an ſint impræſcriptibilia.*
2 *Cohærentia, & adhærentia idem eſt.*
3 *Res una eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*
4 *Ius idem ſeruari debet in minoribus quod in maioribus.*
5 *Iudicium ſimile debet eſſe de ſimilibus.*
6 *Iudicium ſimile debet eſſe, ubi eſt eadem ratio.*
7 *Præſcribuntur ea, quæ ſunt intra confines limitibus non cohærentia.*
8 *Iudicis arbitrio relinquitur iudicandi, quantum præſcribi poßit intra limites.*
9 *Oſtenſione multa magis depræhenduntur, quàm elocutione.*

1 Et hic † erit conſonum diſcutere, nunquid adhærentia & cohærentia confinibus ſint præſcriptibilia, & dicas impræſcriptibilia eſſe per Gloſ. fin. in c. quia indicante, de præſcript. & per text. in c. ſuper eo, de parochi. & per Archi. in c. quicunque. in fin. xvj. q. iij.
2 † quia de adhærentiis idem iudicatur, ſicut de iis quæ cohærent, c. volentes. de offi. delega. & l. quæ religionis. ff. de rei vendi. & ſicut cõfines præſcribi non poſſunt, niſi prout ſupra declaratum fuit in cap. lvj. & ſi-
3 militer nec confinibus adhærentia. † Quia vna & eadem res, non debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui æ-
4 des. ff. de vſucap. † Et ad hoc facit, quia idem iuris eſt in minoribus quod eſt in maioribus, c. maioribus. de
5 præben. † Et de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium, cap. inter cæteras, de reſcript. c. inter corporalia, de
6 tranſ. † etiam vbi eſt eadem ratio, idem debet eſſe ius, c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & cap. tranſ-
7 lato, de conſtitu. & l. illud. ff. ad legem aquili. † Et cohæren



hærentia vel adhærentia confinibus præſcribi non poſſunt, tamen ſecundum Gloſ. fin. in d. c. quia indicante, ea quæ ſunt intra limites confinibus non cohærentia vel adhærentia præſcribi poterunt, prout ponit exemplum Abb. in d. c. ſuper eo. nu. 4. quem refert & ſequitur Fely. in d. c. quia indicante. nu. 4. vt ſi propè limites eſſet prædium ampliſſimum: certè non totum prædium erit impræſcriptibile, ſed ea tãtum pars, quæ limitib. principaliter cohæret. † Et quia certa doctri- 8
na dari non poteſt, videlicet quantum ſpacium relinquatur, vel quomodo procedatur, ideò iudicis arbitrio relinquendum erit: † cum multa oſtenſione ma- 9
gis deprædhendantur, quàm aliqua elocutione, vt habetur per Gloſ. in c. apoſtolicæ, in ver. quàm expreſs. de dona. & facit l. ratam. ff. de ſol. & traditur à Pari. de Put. in c. an fines, nu. 5. de fin. feu.

## CAP. LXXX.

1 *Cohærentia, adiacentia, & pertinentiæ quæ dicantur.*
2 *Loco conceſſo uidentur conceſſa adiacentia ipſi loco.*
3 *Caſtro uendito cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ueniunt molendina.*
4 *Vendita re cum pertinentiis, ueniunt omnia, quæ principaliter rebus uenditis adhærent.*
5 *Conceßione facta de aliquo caſtro cum pertinentiis, quid ueniat.*
6 *Caſtro conceſſo cum iuribus & pertinentiis, comprehenditur uaſallorum iuriſdictio.*
7 *Pertinentiæ ſunt, quæ aut ſtatuto, aut lege, uel conſuetudine deputatæ ſunt ut caſtro accedant.*

8 *Pertinentiæ non ſolum in poſſeſſione, ſed etiam in iure, & iuriſdictione conſiſtunt.*

1 Reſtat modo † declarandum quæ ſint cohærentia, adiacentia, & pertinentiæ rei, & vt traditur à Fabi. de Monte in tracta. de emptio. & vendi. in vj. q. prin. verſi. circa tertiũ membrum, nu. 9. tho. viij. dicuntur ea omnia, quæ ad poſſeſſionis inſtrumentum pertinent, & domus etiam contineri, & ea omnia venire in venditione & tradi debere, quando in inſtrumento facta fuerit mentio de cohærentiis, aut pertinentiis, & deducit tex. & Bar. in l. ſi quando C. de bon. vacan. lib.
2 x. † & conceſſo loco, videntur conceſſæ cohærentiæ ipſi loco l. via conſtitui. §. pen. & fin. ff. de ſer. ruſt. prædio. & eſt bona litera, quę mentioné facit de poſſeſſio-
3 ne adiacenti, in l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. iij. † Et vendito caſtro cũ omnibus iuribus & pertinẽtiis ſuis, veniunt etiam molendina, niſi ſint priuatorum, vt ibi per eum nu. 10. arg. l. adoptauero, & ibi Gloſ. ff. de pre-
4 ca. & per Bal. in c. j. de ca. qui tute. ven. † Et ſic vendita re cum pertinentiis, veniunt omnia quæ rebus principaliter venditis adhærẽt, vt habetur per Gloſ. & Ang. in l. qui tabernas. ff. de fur. ſiue corpori adhæreant, ſiue
5 iuribus incorporalibus. † Et ſimiliter quando alicui conceſſio facta fuit de aliquo caſtro cum pertinentiis, veniunt villæ, molendina, & alia ad dictum caſtrũ ſpectantia & pertinentia, vt refert Lauren. Calca. in conſi.
6 xc. quia iſta quæſtio. num. 5. † Sicut etiam conceſſo caſtro cum iuribus ſuis & pertinentiis, compræhenditur vaſallorum iuriſdictio, vt habetur per Pari. de Put. in ver. caſtrum. de verb. ſigni. & ſecundum eundem Pari.
7 in cap. qualiter. de fin. feu. † pertinentiæ ſunt, quæ aut ſtatuto, aut lege aut conſuetudine ſunt deputatæ vt acce



accedant, veluti ſi caſtro eſt deputata iuriſdictio, vel certum territorium, quod ibi reſpondeat, & ſicut eccleſiæ eſt deputata dos ſua, & decimæ, quæ iure parochiali debentur, vt in c. j. de cenſi. & cum contigat, de deci. & vt in interdicto vnde vj, in quo eſt ſtatutum, quòd immobilia & mobilia, ac damna accedant. ca. grauis. de reſti. ſpolia. & quæ omnia pertinentiarum nomine continentur ſecundum Papi. in titu. de for. libel. in actione reali, in verſ. cum pertinentiis, & ſecundum Bal. in conſil. cccc xx. volum.
j. † pertinentiæ non ſolum in poſſeſſione, ſed etiam 8
in iure, & iuriſdictione conſiſtunt. l. verbum pertinere. ff. de verbo. & ſi vis ſcire quando eſt venditum caſtrum cum prædiis pertinentibus ad ipſum, quid veniat in venditione, vide infra in cap. lxxxvij.

## CAP. LXXXI.

1 *Tempus præſcriptionis finium incipit currere a die turbationis.*
2 *Præſcriptio non currit antequam naſcatur actio.*
3 *Actio finium regundorum intentari poterit, licet per triginta annos prædia ſteterint non turbata.*
4 *Præſcriptio non currit contra non ualentem agere.*
5 *Præſcriptio non currit contra illos, qui aliquid pariter poßideant.*
6 *Tempus currit cùm fines turbantur, ſi uerò damnorum datorum actione, & tunc à damni dati tempore.*
7 *Actio finium regundorum naſcitur a tempore commißionis, quando agitur, ut fines reformentur.*
8 *Actione finium regundorum ad damna data non agitur poſt triginta annos.*

O 5 Et ne

ET ne fruſtratoria reddantur quæ de limitibus
1 præſcribẽdis declarata fuere, † nũc erit tractan-
dum quando præſcriptionis tempus currere incipiat,
& dicas à die quo fines turbãtur, vt not. Gloſ. in l. fi. &
ibi Bal. C. fini. reg. & Io. Fran Bal. in tract. preſcriptio.
in iiij. par. prin. in verſi. decimoquartò. nu. 2. vel ſecun-
dum Fab. in §. quædam actiones. nu. 36. Inſtit. de actio.
2 currit à die turbationis expræſſe in libello, † & ante
quàm naſcatur actio non currit præſcriptio. l. in re-
bus. §. omnis. C. de iure delibe. quia, ꝙ non fuit in actu
& potentia cauſatum, minimè dici poterit præſcri-
ptione ſublatum, ſecundum quod not. Roma. in conſi.
lxxj. num. 2. per l. tali. ff. de iu. doti. Vnde etiam vt dicit
3 Bal. in d. l. fi. † Si duo per triginta annos abſque tur-
batione fundum poſſederunt, & alter vicinus turbare
cæperit, actio finium regundorum intentari poterit,
cùm fines ſtarent vt deberent. Et ad idem facit quod
habetur in l. cum acutiſſimi. §. illud. C. de præſcriptio.
4 xxx. anno. † Videlicet quòd non valenti agere, non
5 currit præſcriptio. † Et idem erit in illis, qui aliquid
communiter poſſident quia cùm vterque pariter poſ-
ſideat non currit præſcriptio, & eandem opinio. vi-
detur ſentire Floria. in l. j. in fin. ff. famil. hercis. & in l. j.
6 in fi. ff. fin. regun. † Scilicet quòd tẽpus currat ex quo
fines turbari cœpere, ſi hoc iudicio agatur, vt meum
à tuo diſtingatur, ſed ſi damnorum datorum actione
agatur, tunc naſcitur à damni dati tẽpore, l. iij. §. poſt
7 litem. ff. eo. † Si verò agatur vt termini reformen-
tur, & tunc à commiſſionis tempore naſcitur, l. fi. ff.
8 eo. † Si autem volo agere finium regundorum dam-
norum datorum cauſa, & terminorum turbationis
poſt triginta annos, & non poſſum, l. fi. C. eo. ſi ve-
rò ratione proprietatis vel poſſeſſionis, & tunc poſ-
ſum l. malæ fidei. C. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. &
ratio eſt, quia iſto caſu iudicium eſt petitorium. Quæ
tamen



tamen vltimò dicta per Floria. in d. l. j. in fi. C. fami.
hercis. ſunt intelligenda vt ſupra declaraui, in c. lxxij.

## CAP. LXXXII.

1 *Reus an poterit cogi ad edendum inſtrumenta in finalibus quæſtionibus.*

2 *Feudalia dicuntur de patrimonio regis, & propter militaria ſeruitia conceduntur.*

3 *Inſtrumenta aliquando quis edere cogitur, ſicut & contra tertium deponere.*

4 *Reus in cauſa ciuili fiſco inſtrumenta edere cogitur.*

5 *Reus in quibuſcunque cauſis fauorabilibus, actori edere inſtrumenta tenetur.*

IStis ſic diſcuſſis antequam ad ſententiæ conceptio-
nem deueniamus, varias finalium controuerſiarum
quæſtiones materiam concernentes deducemus, quas
pro faciliori intelligẽtia diuidimus per capita. Et quia
vt habetur in l. qui accuſare. C. de eden. arma de domo
rei non ſunt accipiẽda, † ideò erit perſcrutandum ſi in 1
finalibus iurgiis reus ad edendum inſtrumenta cogi
poterit, & dicas ſecundum Pari. de Put. in c. ſequitur
modo. de fini. feu. quòd exiſtente antiquo inſtrumento
vel feudi inuẽtario, in quo cõtineatur, quod feudi do-
minus habet in tali ciuitatis vel caſtri loco prædium,
pro quo reddere cõſueuit anno quolibet ipſi domino
vnam porci ſpatulam, & fines ſi propter antiquitatem
erunt mutati, vel occupati, vel obſcurati, & fie-
ret inquiſitio bonorum occupatorum ipſius, feudi,
vel reintegratio, ne militare ſeruitium minuatur, &
probationes non eſſent claræ, tunc prædiorum vici-
norum Domini cõpellerentur inſtrumẽta edere, quæ
habent de bonis & rebus conuicinis, vt finium & red-
dituum veritas manifeſtetur. † quia feuda de publi- 2
co Re

co Regis patrimonio dicuntur, & propter militaria ſeruitia conceduntur,& per Regem diminui non poſſunt, & ſic cùm de eis agatur, habentes inſtrumenta emptionalia, vel alia edere fiſco tenentur, ad inquirendum bona feudalia per alios occupata, propter fines, arg.l.Titius. ff. de actio. emp. & not. Bar.in l.ij. §.Diuus.ff.de iure fis.& in l.is apud quem.C. de eden.
3 † Et ſubdit, quòd ſicut quis cogitur contra tertium
4 deponere, ita etiam cogitur inſtrumenta edere. † Et Deci.in d.l. is apud quem nume. 4. ſubdit communem eſſe opinio:quòd in cauſa ciuili reus fiſco inſtrumenta edere teneatur,etiam ad eius intentionem fundan-
5 dam.Et idem voluit in l.fi.num.12.C.eo.† vbi ampliat iſta procedere, non ſolum in cauſis fiſci, ſed etiam in quibuſcunque cauſis fauorabilibus, quia fauor cauſæ ſuperat rei fauorem, vt habetur in l.inter parentes.ff.de re iudi.& c.fi.eo.tit.

## CAP. LXXXIII.

1 *Vicinitas, uel diſtantia non facit præſumere rem eſſe magis unius, quàm alterius.*
2 *Caſtrum exiſtens inter duas ciuitates, in dubio præſumitur illius eſſe cui magis adiacet.*
3 *Vicinitas ac aptitudo ſunt argumenta dominij.*
4 *Caſtrum ſi reperitur in confinio duorum territoriorum, & dubitatur cuius ſit, recurrendum erit ad Principem.*

NEque erit omittendum ſi locus vicinus vel diſtans à ciuitate vel territorio faciat præſumptionem, quòd magis ſit de ciuitate vel territorio cui eſt propinquior, vel magis diſtans, & ſecundum Bru.
1 in conſil.cix.num.8. † Vicinitas vel diſtantia, non facit præſumere locum eſſe magis vnius quàm alterius, quia conſtat aliquas ciuitates longa & lata habere territo



territoria,& aliquas parua &.ſtricta, & aliquas nulla, per not.in c.felicis.§.ciuitas.de pœn.lib.vj. nihilominus ſecundum Martin. Lau.in tract. de Caſtellania in vij.q.† quádo caſtrum erit inter duas ciuitates in du- 2
bio præſumitur eſſe illius iuriſdictionis, cui eſt propinquius.arg.l.adeo.§.inſula.ff. de acqui.rer. domi. & §.inſula.Inſtit.de rer.diui. & habetur per Pari. de Put. de feu.reintegra in c.an ſi dominus baroniæ.nu.4.pag. cvij.Et ad idem faciunt not.per Alex.in apoſti.ad Bar. in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.nu.3.in addi.quę incip.Guli.de Cuneo.ff.de pig.actio.vbi habetur,quòd quando diſputatur de iuriſdictione ſeu confinibus caſtri vel villæ,intelliguntur in dubio eſſe de iuriſdictione magis adiacentium, niſi aliud oſtendatur, prout etiam voluit Bal.in c.cum olim, de præſcriptio. † quia vici- 3
nitas & aptitudo ſunt dominij argumenta, vt dicit Bal.in c.cauſam,col.iij. in verſ.item dici Inno. de proba. vel ſecundum Lauren. Cal. in conſil. xc quia iſta quæſtio. nu. 16. † quando vnum caſtrum reperitur in 4
confinio duorum territoriorum, & dubitatur cuius ſit,recurrendum erit ad Principem, quia ad eum ſolum ſpectat de finibus tractare, & non ad alium, & deducit Alberi. de Roſa.in l. ex quacunque. ff. ſi quis ius dicen.non obtempe.

## CAP. LXXXIIII.

1 *Dominus præſumitur ſcire confinia rei ſuæ.*
2 *Error confinium ueritati non præiudicat.*
3 *Fines & rei qualitas, ſi concurrunt cum re de qua agitur, illud magis inſpicitur quàm uocabulum.*
4 *Error in territorij confinibus non uitiat.*
5 *Inquiſitio non uitiatur, licet eſſet erratum in cõfinibus loci delicti.*
6 *Sententia non uitiatur per confinium errorem.*

Error

7 *Error patriæ uel parochiæ non uitiat, ſi de ueritate conſtat, & ſecus eſſet, ſi erraretur in corpore uel ſuſtantia.*

8 *Error in proprio filij nomine uitiat, cum pater & filius cenſeatur eſſe una & eadem perſona.*

9 *Nomina propria nota cenſentur habere, qui habent notas perſonas.*

10 *Error patris eſſet tolerabilis, ſi ignoraret nomen filij nutriti in loco remoto.*

11 *Error in nomine proprio prædiorum erit tolerandus, quando ſunt à longinquo.*

12 *Error in nomine proprio prædiorum uicinorum non eſt tolerabilis, quia notitia præſumitur ex uicinitate.*

13 *Inquiſitio non uitiatur, ſi iudex errauit in nomine proprio inquiſiti.*

14 *Reſcriptum uitiaretur, ſi erraretur in nomine, uel cognomine alicuius ex ſubſtantialibus iudicij.*

15 *Error in nomine diœceſis uitiat.*

16 *Omiſſum à teſtatore, uel notario uitiat.*

1 ET licet † quilibet dominus præſumatur rei ſuæ confinia ſcire, vt voluit Alex. in conſil. lxxxvj. col ij. volumi. iij. quem ſequitur Afflict. in deciſio. lxxxiij. nume. 2. tamen ſi per notarium fuiſſet erratum in deſcribendo, vel exprimendo confinia, non vi-
2 tiaretur inſtrumentum, † quia confinium error veritari non præiudicat. l. patronus. §. j. & ij. ff. de leg. iij. & l. cum ſeruo. §. fi. ff. de cont. emp. per Gloſſ. in l. forma. ff. de cenſi. & Bar. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & in l. demonſtratio. ff. de condi. & demon-
3 ſtra. † Vbi habetur, quòd ſi allegaretur error in nomine rei allegatæ, & fines vel rei qualitas concordarent cum re de qua ageretur, illud magis inſpicitur, quàm vocabulum rei, ſiue fundi, vel ſi erraretur



retur in finibus, & eius demonſtrationibus, ſi tamen fundi vel rei nomen eſſet certum non vitiaretur, argu. d. l. cum ſeruo, §. fin. & d. l. patronus, §. libertus. & quòd error confinium non vitiat, ſi de corpore conſtat, voluit Fely. in c. ſignificante, nume. 10. de reſcript. & in c. cum cauſam, num. 14. de proba. per d. l. forma. in ver. vicinos. † Et idem erit dicendum ſi erraretur 4
in territorij confinibus, quia non vitiaretur ſecundum Bay. in d. l. patronus. §. j. Et ad hoc facit qui tradidit Ang. in tracta. de maleſi. in verſicu. Caium Sempronij, verſicu. quid ſi eſt erratum, nume. 8. † vbi ſi 5
eſſet erratum in confinibus loci delicti, ſi tamen conſtaret de loco, in quo ſenſit iudex, non vitiaretur inquiſitio. d. l. patronus. §. Sempronia. Et ſecus eſſet ſi ex circunſtantiis de corpore non conſtaret, quia vitiaretur per ea, quæ habentur in l. is verbis. §. fin. ff. de hære. inſtituen. † ſicut etiam ſententia non vitia- 6
retur per confinium errorem, ſecundum Alexand. in d. l. ſi quis in fundi. vocabulo. nume. 3. † Et ſimiliter 7
patriæ error vel parochiæ non vitiat, ſi de veritate conſtaret, vt traditur à Pari. de Put. in cap. ſi erratum. num. 5. de fini. feu. per d. l. his verbis. §. fin. & ſecus eſſet ſi de tempore non cõſtaret, quia vitiaretur ſecundum communem opinionem, quam refert Iaſ. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo, & idem eſſet ſi erraſſet in ſubſtantia, quia vitiaretur per Gloſ. fin. & Bal. ibi nume. 3. & ſecus ſi in adiacentiis vel cohærentiis vt ibi per eum. num. 3. & ſequitur Pau. Caſtren. nume. 3. & Alexan. nu. 11. † vel ſi erraretur in nomine proprio filij, vitia- 8
retur, quia non eſſet tolerabilis error, cùm pater & filius cenſeatur vna & eadem perſona. j. l. fin. C. de impub. & ali. ſubſti. & in l. ſi in nomine. ff. de teſta. † Et 9
quia ille qui habet perſonas notas, præſumitur etiam habere nota nomina propria ſecundum Pau. Caſt. in l. pen. ff. de reb. dub. † & ſecus ſi filius eſſet nutritus in 10
loco

loco à patre remoto, quia eſſet tolerabilis error, arg. l. Titius ex teſtamento. §. j. & ibi Bart. ff. de lib. poſthu.
11 † Et ſimiliter quando prædia eſſent à longinquo, error in nomine proprio tolerandus eſſet, & qualitates attendẽdæ, cùm in facto proprio tolerabilis ſit ignorantia, quando eſt de longinquo ſecundum Pau. Caſt. in l. ſi fideiuſſores, nume. 3. ff. ad ſenat. conſul. Velle
12 argu. l. peregre. in prin. ff. de acqui. poſſ. † Et è contra habens prædia vicina non præſumitur erraſſe in nomine, quia notitia præſumitur ex vicinitate, vt habetur in c. quoſdam. & c. quanto. & ibi per Gloſ. & Doct.
13 de pręſump. † Et ſimiliter erit in iudice errante in nomine proprio in formanda inquiſitione, quia vitiaretur ſecundum Auguſti. in Addi. ad Ang. in tracta. male-
14 fi. in verſi. Caiũ Sempronij. in verſi. quid ſi iudex. † vel etiam reſcriptum vitiaretur, ſi erratum eſſet in nomine, vel cognomine alicuius ex ſubſtantialibus iudicij vt puta rei, tunc talis error redderet reſcriptum nul-
15 lum, c. Rodulphus, & c. ſignificatum, de reſcrip. † & idẽ diceretur ſi eſſet erratum in nomine diœceſis, c. ſignificante, eo. titu. & vide quæ not. Calca. in conſil.
16 xcij. nume. 2. † Si tamen aliquid eſſet omiſſum à teſtatore vel notario, non vitiaretur ſecundum Bartho. in l. cum pater. §. fi. ff. de leg. ij. & Auguſti. Beroi. in q. xlviij. nume. 6.

## CAP. LXXXV.

1 *Fines potius attenduntur & rei qualitas, quàm nomẽ proprium, quando nomen fundi diſcordat à finibus, ſecus ſi qualitates eſſent falſæ, & nominis demonſtratio uera.*

2 *Nominis demonſtratio, uel aliæ qualitates, quando attendi debent.*

3 *Finium expreſſio & qualitas certa idem operatur.*

Nomen



Nomen † fundi vbi à finibus diſcordat, vel ab alia rei qualitate, confines potius attenduntur, & 1
rei qualitas quàm nomen proprium vt habetur per Pari. de Put. in c. vbi diſcordat, de fini. feu. per Gloſ. no. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. quæ tamen procedunt, quando rei qualitates veræ ſunt repertæ, & nominis demonſtratio falſa, & ſecus ſi nominis demõſtratio vera eſſet, & illæ qualitates falſæ, quia tunc nominis demonſtratio attenditur. l. patronus. §. j. & ij.
ff. de leg. iij. † Quæ Gloſ. ſecundum eum intelligi poterit, quando nominis demonſtratio poſſet eſſe vera 2
pro ſe, & quia deponẽs habebat hic fundum Sempronianum & Cornelianum, ſecus ſi non eſſet vera, quia tunc magis attenderentur aliæ qualitates quàm proprium nomen, vt voluit Bartho. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo, nume. 2. & ibi Gloſ. in verſi. nominauerit. & per alios Doctor. & per Pariſi. in conſi. iiij. num. 32. & 33. vol. iiij. & dicta limitatio probatur per text. in l. patronus. §. j. dum tamen rem concedens habuiſſet bene nota fundorum nomina, & hoc conſtaret, quia tunc potius attendi debet nomen, quàm qualitas. l. pen. ff. de rebus dub. vbi text. not. & ſecus ſi non habuiſſet nota fundorum nomina, quia tunc magis attenderetur qualitas per d. Gloſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, & iſta videntur eſſe de mente Bart. in d. l. demonſtratio falſa, in vj. q. ff. de con. & demon. & habetur per Bald. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo, & ibi per Alexan. vbi
dicunt † qualitatem certam idem operari, quòd finium expreſſionem, & propter qualitatem expreſſam 3
locus redditur certus. arg. l. pen. §. fin. ff. de condi. & demon. & arg. l. pen. §. fi. ff. de do. prælega. & l. cum ſeruo. §. j. ff. de condi. emp. & per Bald. in d. l. demonſtratio. nume. 8.

## CAP. LXXXVI.

1 *Res decet reddi certa per duos confines, uel duas demonſtra*

P

*monſtrationes, niſi per aliam demonſtrationem, certificari poſſet. & nume. 2.*

2 *Locus, ſi apertè demonſtratur per qualitates expreſſas, ſufficit.*

3 *Res ubi apparet certa de per ſe, non requiritur alia demonſtratio.*

4 *Finium omiſsio in notoriis non uitiat.*

5 *Fundi legatum finibus non expreſsis ualet, ſi per aliam demonſtrationem apparere poterit.*

6 *Locus confinatus ſi in accuſatione non ponitur, prout fieri debet, alia demonſtratio ſufficit.*

7 *Demonſtratio fruſtra adiicitur rei demonſtratæ.*

8 *Inuentarium uel conceſsio quando non uitiabitur, dato quòd in eis non ſint adiecti fines.*

9 *Inuentarium antiquum ſi non continet fines, quid ſit agendum.*

1 NOtandum † quoque venit de ſubſtantia eſſe,
quòd res per duos fines, vel aliam demonſtra-
tionem certa reddatur, l. Titius hæres. ff. de actio. emp.
& l. cum ſeruo. §. fin. ff. de condi. emp. & l. forma. ff. de
cenſi. cum ibi not. per Gloſ. in verſicu. vicinos, & per
Dy. in l. patronus. §. j. ff. de lega. iij. & per Alexan. in con
ſil. l. in cauſa, nume. 13. volumi. v. & in conſi. lxxiij. vide
tur, num. 4. vol. iij. & in conſi. clxxx. num. 8. vol. vj. & per
Pari. de Put. in c. quando finium, nume. 1. & 2. de fini.
2 feu. † Iſta tamen limitari poſſunt, quando per aliam
demonſtrationem conſtare poſſet de qua re eſſet in-
telligendum, quia tunc non requireretur certificatio
per duos confines, d. l. Titius hæres, & per Bald. in rub.
C. de con. emp. & per Gloſ. in l. fin. ff. de do. prælega.
3 † Et ideò ſufficit ſi locus ſatis apertè demonſtraretur
per qualitates expreſſas ſecundum Bart. & Pau. Caſtr.
in l. cum pater. §. fin. ff. de lega. ij. quos ſequitur Pariſi.
in con



in conſil. iij. nume. 32. volumi. iiij. & per plura alia per
eum deducta. † & regula eſt ſecundum quod notat 4
Deci. in l. ſi teſtamento. nu. 3. C. de inſtitut. & ſubſti. &
quando res apparet certa de per ſe, quòd non requi-
ritur alia demonſtratio, per Gloſ. & Bar. in l. hac con-
ſultiſſima. C. qui teſta. face. poſſ. † Et hæc maximè pro- 5
cedunt in notoriis, in quibus finium omiſſio non vi-
tiat. per Bald. in l. j. ff. de lib. & poſt. & in d. l. hac con-
ſultiſſima. † Vnde Gloſ. in l. ſi quis in fundi vocabu- 6
lo. ff. de leg. j. in verb. nominauerit, not. fundum lega-
tum finibus non expreſſis valere, ſi fundus per aliam
demonſtrationem apparere poterit, vt ſi dixit fun-
dum, in quo eſt oliuetum, & perinde valebit ac ſi fines
expreſſi fuiſſent, arg. l. forma. ff. de cenſi. & per Bald. in
d. l. ſi quis in fundi vocabulo. in ver. quæro circa. num.
3. vbi dicit, † quòd ſi in accuſatione non ponitur lo- 7
cus confinatus, prout fieri debet, ſed alia demonſtra-
tio, quia dico Titius me offendit in palatio priorum,
vel in capitulis, quòd hoc ſufficiat ſine alia demon-
ſtratione, † quia rei demonſtratæ fruſtra adiicitur 8
demonſtratio alia, vt habetur in dicta l. j. ff. de do. præ-
lega. & vt traditur à Paris de Put. in cap. pone quod.
nume. 1. 2. & 3. de fini. feud. † ſi in inuentario fines ap- 9
poſiti non inueniantur, vt quotidie fit in libris rerum
feudalium antiquis: ſed in eis reperitur ſcriptum, bo-
na quæ tenent illi de tali caſſata à feudo, vel in inuen-
tario dicitur, conceduntur bona feudalia, quæ talis
militis fuerunt, per hoc non vitiabitur conceſſio aut
inuentarium. argu. nota per Bald. in d. l. cum pater. §.
fin. Vel vt ipſe Paris de Puteo dicit in cap. ſi fundus,
nume. 4. de fini. feu. ſi in inuentario antiquo non re-
periuntur fines, ſed in eo dicitur fundus vnus, quem
Titius in tali loco tenet, & qui reddit anno quolibet
de feudo tot. & tunc obſcuritatis ratione, quando te-
nens eſſet mortuus, ſi de corpore non cõſtaret, vel de

 rei

rei indemnitate deberet fieri ſubtilis inquiſitio ab anti quis teſtibus loci, qui eſſet ille locus, vel fundus quem talis tenebat in feudum ad talem redditum, & videre loci cataſta, & vicinorum circumcolentium inſtrumenta, ſi dicerent iuxta fundum redditītium feudo, vel ſi poſſet perpendi ipſius occupatio ex aliquib. coniecturis, vel ſi omnia prædia illi prædio conuicina, quæ prætenduntur fuiſſe & eſſe feudi, ſint feudalia, & quòd tenens inſtrumentum oſtendat quod pro tali prædio habeat, vel etiam ſi poſſeſſor haberet alia prædia ibi conuicina franca, vel redditītia, propter quod de duobus feciſſet vnum prædium, nam ſi non fuiſſet prædium feudale, inuentarium de illo non conſtaret, & ſic erit occupationis præſumptio, & propterea ſubtilis erit inueſtigatio facienda, vt bona feudalia non occupentur, & quamuis confines expreſſi non fuiſſent, vel deſignati, nihilominus ex iſtis qualitatibus locus poterit reddi certus. & ad idem facit quod voluit Pariſi. in conſi. ciiij. num. 25. vol. j.

## CAP. LXXXVII.

1 *Inſtrumentum continet concordiam loci, & duorum confinium ſufficit.*

2 *Demonſtrationes tres, ſi in inſtrumēto expreſſæ fuiſſent, uel quatuor, aut plures, & ſi aliquæ non, quid erit agendum.*

3 *Præſumptio una tollit aliam.*

4 *Fruſtra ſit adiiciendo ultra neceſſariam demonſtrationem, & adiectum non uitiatur.*

5 *Libellus in ſummariis cauſis, uel executiuis non erit dandus, ſi tamen producitur & ineptus, non uitiat.*

6 *Demonſtratio fundi ſi ſit per duas demonſtrationes ueras, non nocet, ſi eſſent aliæ demonſtrationes, quæ probari non poßint.*



7 *Omißio non uitiat, & multo minus erronea expreßio.*

8 *Diſpoſitio uitiaretur quando qualitates expreſſæ poſſent conuenire uni & alteri rei.*

ET vt habetur † per Bald. in l. demonſtratio. in xij. 1
quæſtio. ff. de condi. & demonſtra. ſi in inſtrumen
to reperiretur concordia loci, & duorum confinium
ſufficeret, tamen iſta ſunt intelligenda ſecundum Pau.
Caſtren. in l. in teſtamento. la. ff. eo. † quando tres tan- 2
tum demonſtrationes expreſſæ fuiſſent, quia ſi duæ
conuenirent & vna non tunc ſufficerent, ſed ſi qua-
tuor vel plures eſſent expreſſæ, & duæ vel plures non
conuenirent, tunc res dubia redderetur, & non debe-
rent plus illæ duæ, quàm aliæ in contrarium valere.
† quia vna præſumptio tollit aliam. l. cum de indebi- 3
to. in prin. ff. de proba. & plenè habetur in c. in noſtra.
de teſti. & idem voluit Paris de Puteo in c. ſi finibus.
de finibus feud. & facit quod voluit Alexan. in conſi.
xxxviij. viſis diligenter. num. 5. vol. v. & in conſi. clxxiij.
videtur. volu. iij. ſequendo opinio. Pau. Caſtren. Tamen
iſtis non obſtantibus, opinio Bald. ſuſtineri poſſe vi-
detur, per ea quæ tradidit Ang. in tracta. maleficio. in
verſi. Caium Sempronij. in verſi. quæro quid ſi. num.
5. vbi dicit, † quòd quicquid adiicitur vltra neceſſa- 4
riam demonſtrationem, fruſtra fit, & non vitiat, quan-
do aliæ demonſtrationes ſunt veræ. l. j. §. fin. ff. de do.
præle. & in l. pri. C. de rei vxo. actio. † Sicut in ſimili 5
dicit Ang. ſi in ſummariis cauſis & executiuis in qui-
bus abſque libello procedi poſſit, ſi tamen libellus ſit
ineptus, non nocet, vt dicunt Gloſ. & Doctor. & ma-
ximè Deci. in l. vinum. num. 22. & Iaſ. num. 33. ff. ſi cert.
petat. & plura ad hoc congerit Rober. Maran. in ſuo
Specul. aureo aduocato. in diſtin. xj. num. 92. & in ter-
minis videtur ſentire Fely. in c. cum cauſam. nu. 14. de
proba. † dum dicit quòd ſi quis vellet certum fun- 6
dum

dum demonſtrare, & probatio fieret, per duas demonſtrationes, non noceret ſi in inſtrumento poſuiſſet aliquis alios fines quos non probaſſet, per Bar. in d. l. demonſtratio. col. fin. & per Pau. Caſtren. in conſil. xcviij. primum, in princ. volumi. ij. Et ad idem facere videtur quod voluit Paris de Puteo in c. quando fiunt. nume. 10. de fini. feu. & latè per Pariſi. in conſi.
7 iiij. nume. 33. vol. iiij. vbi habetur, † quod ſicut omiſſio non vitiat, multo minus erronea expreſſio vitiare debet, & ſimiliter Gloſ. in l. pen. §. paterfamiliàs dicit
8 falſam demonſtrationem non vitiare. † Aduertas igitur quòd opinio. Pau. Caſtren. intelligenda erit vt procedat quando qualitates quæ fuiſſent expreſſæ, poſſent conuenire vni & alteri rei, quia tunc propter incertitudinem diſpoſitio vitiaretur ſecundum Auguſti. Arim. in addi. ad Ang. in d. ver. & Caium Sempronij. verſic. tu autem. nume. 6.

## CAP. LXXXVIII.

1 *Confinia menſurã indicant & rem deſignant, & quicquid eſt intra includunt.*

2 *Venditione uel donatione, aut legato facto de quinquaginta iugeribus terræ exiſtentibus intra tales confines, ſi poſtmodum reperiuntur eſſe 55. quid erit agendum de illis quinque.*

3 *Exprimentes conceptum ſuum, ſi incipiunt à numero uel menſura, & tunc nihil plus uenit quàm fuit expreſſum.*

4 *Exprimentes conceptum ſuum, ſi ſpeciem ſiue corpus determinatum exprimere incipiunt, tunc uenit omne id, quod eſt per confines determinatum.*

5 *Demonſtratio falſæ menſuræ, quando non uitiat, aut diminuit uenditionem.*

*Fundus*



6 *Fundus totus deſignatus intra confines, quando uenditus intelligatur.*

7 *Pretij qualitate attenta, ſi poteſt declarari quid ſit actum inter contrahentes, & tunc illud comprehenditur.*

8 *Pretij qualitate attenta ſi unum comprehenditur, & ex ſignificatu uerborum aliud quid erit intelligendum actum fuiſſe inter contrahentes.*

9 *Clauſula ſaluis aliis confinibus uerioribus quid operetur.*

Confinia, † vt habet Pari. de Put. in c. licet dicatur, nume. 4. & 5. de fini. feu. menſuram indicant, 1
& rem deſignant, & quicquid eſt intra includunt. l. æde ſacra. §. j. ff. de con. emp. & l. fines. C. de vict. & latè per Pariſi. conſi. xxvij. in præſenti. nume. 13. vol. j. & in conſi. iiij. aduertendum erit ad ea quæ traduntur per Ioan. And. in addi. ad Spe. in tit. de emptio. & vendi. in §. ſciendum circa fin. nume. 74. in addi. quæ incip. de
iure communi, † vbi dicitur ſi venditor donator vel 2
teſtator dicat vendo, dono, vel lego tale prædium intra tales confines quod eſt quinquaginta iugerum, ſi poſtmodum reperitur eſſe de quinquaginta quinque, quæritur ibi per eum quid erit de illis quinque, & vult facilius in donatione & legato quæſtionem procedere, quàm in emptione, quia in illis nó exprimitur pretium, in emptione ſic, & taxatur vel non taxatur per iugera, vt ibi per ſpeculum, & vbi erit ratio pretij, videtur eſſe maius dubium. in caſibus autem in quibus nó eſt pretium videtur vt ipſe refert, quod ſola iugera numerata veniant in emptorem, donatariũ & legatarium, vt l. pen. §. vlti. ff. de actio. emp. & ſubdit Mar. tenere contrariũ per l. ſi fundũ ſub conditione. ff. de le. j. &
l. cũ pater. §. paterque filio. ff. de le. ij. † & ita diſtinguit 3

P 4 aut

aut conceptum ſuum exprimentes incipiunt à numero vel à menſura, vt ſi venditor dicat vendo tibi quinquaginta terræ iugera, & quicquid eſt intra tales fines, & tunc nihil plus venit. l. ſi quis teſtamento. in prin. ff. de leg. j & l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de con.
4 emp. in l. ſi duorum. ff. de actio. emp. † Aut exprimentes conceptum ſuum inceperunt exprimere ipſam ſpeciem, ſiue corpus determinatum, videlicet vendo terram iugerum quinquaginta, & eſto quòd poſtmodum adiiciant menſuram ſeu numerum, tamen venditio dicitur facta ad corpus, & ad ſpeciem, non autem ad menſuram, quæ iſto caſu cenſetur facta enuntiatiuè, tranſitoriè & demonſtratiuè, non autem taxatiuè & reſtrictiuè: & tali caſu venditio non regulatur à menſura, ex quo in illa venit omne id quod eſt demonſtratum per confines oppoſitos licet numerum & menſuram excedat expreſſam, & omne temporis commo-
5 do cedit. † Et talis demonſtratio falſæ menſuræ non debet vitiare aut minuere ipſam venditionem. l. ſi ſeruus legatus. ff. de leg. j. in §. quinq;. & l. his verbis. §. pater. ff. de leg. iij. & l. falſa demonſtratio. ff. de condi. & demonſt. & l. j. C. de falſ. cau. adie. lega. & iſtam concluſionem approbant Pau. Caſt. in l. Iulianus. §. Titius fundum. ff. de actio. emp. & de quo mentionem facit Afflict. in deciſio. lxviij. num. 3. ſequendo eius opinionem, & in hanc ſententiam conuenire videntur Inno. & Docto. in c. ij. de dona. & Alexan. in conſil. cxxxiij. vol. j. & in conſi. cxx. & cxxvij. volum. ij. & in conſi. viij. volu. iiij. & prædictis adde Pariſi. in conſi. lxiiij. nu. 31. & 32. vol. j. vbi ſubdit, quòd quando pretiũ eſt vnicum
6 pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, † tunc totus fundus intra fines deſignatus, venditus intelligitur, eſto quòd menſura expreſſa minus in ſe habeat,
7 & atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, † ſi autem dubitatur quid ſit actum inter contrahentes, ſi tamen



tamen ex pretij qualitate cognoſci & declarari poterit, quid ſi actum inter eos, & tunc illud comprehenditur, vt habetur per Bar. in l. ſemper in ſtipulationibus, nume. j. & ibi per Hiero. Cagno. nume. 4. & 5. ff.
de reg. iur. † Si autem in contractibus ex verborum 8
ſignificatures aliqua deprehenditur, tamẽ pretij qualitate & quantitate attenta, non erit veriſimile de ea re partes ſenſiſſe, & non comprehenditur, intelligendo tamen vbi verba illa in alio ſignificatu poſita reperiuntur per Gloſ. in l. j. in ver. agendo. ff. de ſu-
perficie. † Aut in contractibus apponitur clauſula 9
ſaluis aliis confinibus verioribus, & ex ea arguitur quòd poſitum intra confines deſignatos non erit ſemper attendendum, ſed quandoque numerus expreſſus qui propter talem clauſulam videtur poſitus taxatiuè, vt per Pari. in d. conſ. lxiiij. nu. 28. & per Alex. col. viij. verſi. ſexto, vol. iiij.

## CAP. LXXXIX.

1 *Venditio ualet de eo quod quis habet à tali loco, uſque ad talem locum non aliter confinando, ſi tamen cõſtaret de iure uenditoris.*

2 *Venditio ualet ſi quis dicat uendo tibi quicquid iuris habeo in tali domo, ſi conſtabit de iure uenditoris.*

3 *Conceßio facta per comitem eccleſiæ de iure quod ipſe habet in tali loco, non tribuit titulum nec uſucapiendi conditionem, niſi probetur de iure concedentis.*

4 *Venditione facta de eo quod quis habet intra tales fines non uenit niſi quatenus poßideat.*

5 *Poſſeßio rei incertæ non acquiritur, quando eſt incerta ratione loci uel quotæ.*

6 *Venditio ualet quando uerba uenditionis eſſent apta comprehendere omnia intra limites incluſa.*

 *Partici*

7 *Participium Pertinentibus, reſoluitur in relatiuum.*
8 *Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè & limitatiuè.*
9 *Conceßio facta de iure quod quis habet in tali fungo uel loco nihil operatur, ſi non probatur de iure concedentis.*
10 *Conceßione facta de caſtro cum iuribus ad caſtrũ pertinentibus erit probandum de dictis iuribus.*
11 *Ius concedentis & uenditis conſtare debet, quando alius tertius reperitur in poſſeßione.*

1 ET ſi † fuerit facta venditio de eo quod quis habet in tali loco, vſque ad talem locum non aliter confinando valet ſecundum Bal. in recollect. per Dy.
2 & Bar. in l. patronus. §. j. ff. de lega. iij. † Et ſimiliter voluerunt vẽditionem valere, ſi dico vendo tibi quicquid iuris habeo in tali domo, per l. Titius. ff. de actio. emp. & per Dy. in l. ſi ſic. §. ſi mihi. ff. de leg. j. ſi tamen his caſibus non probaretur ius venditoris, neque cõſtare poſſet de iure emptoris, & prout in terminis conſuluit Lauren. Calca. conſi. xlix. quia ſcriptum eſt,
3 † vnde etiam vt habetur per Boer. in deciſio. xlij. nu. 25. ſi comes conceſſit eccleſiæ quicquid iuris habet ipſe in tali loco, quòd nullum titulum vel vſucapiendi conditionem tribuit illa conceſſio niſi probetur de iure concedentis, per d. l. ſi ſic. §. j. & ibi per Bar. & doct. & per Spe. in titu. loca. §. nunc aliqua, ver-
4 ſi. lviij. † Et ſimiliter ſecundum Pari. de Puteo in c. demonſtratio. nume. 7. de fini. feu. ſi vendo tibi quicquid iuris habeo intra tales fines, in tali venditione non venit, niſi quatenus poſſideo, non autem totum loci ſpacium, quod eſt intra fines vt dicitur in l. quæro. ff. de actio. emp. & facit d. l. patronus, §. j. & §. j. libertis. & ideò ſi non probaretur quantum poſſi-
5 deret venditor, nihil acquireret emptor: † quia rei incertæ poſſeſſio non acquiritur, quando eſt loci ratione & quotæ incerta, l. poſſideri. §. incertum ff. de acqui. poſſ. ſi tamen eſſet certa ratione loci, ſed incerta ratione quotæ poſſideri poſſet, vt ibi per Bar. vel ſecundum Aymo. Crauet. in con. ccxiij. ardua admodum. nume. 4. volum. ij. † Venditio valeret quan- 6
do verba venditionis eſſent apta comprehendere omnia intra limites incluſa, vt puta ſi eſſet venditum caſtrum & territorium cum prædiis cultis & incultis intra territorium exiſtentibus, ſed ſecus eſſet ſi fuiſſet venditum caſtrum & territorium cum prædiis cultis & incultis, ad caſtrum pertinentibus, quia tunc venditio limitata fuit, ad illas terras & poſſeſſiones quæ eſſent de pertinentiis caſtri, † nam 7
illud participium pertinentibus, reſoluitur in relatiuum, id eſt quæ pertinent Gloſ. in cle. j. in ver. dignitatibus in fin. de præben. & per Alex. in conſil. cxix. col. iiij. volumin. j. † Relatiuum autem ſine copula 8
ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè ad eas terras tantum quæ pertinent ad caſtrum, l. ea tamen adiectio. ff. de leg. j. & per Bar. & Doctor. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. l. j. C. de ſum. trin. & fide catho. & ſic in iſto ſecundo caſu probandum erit, quæ, quot, & quanta eſſent illa bona ad caſtrum pertinentia, † ſicut etiam, quando conceditur ius, quod quis habet in tali fundo, aut loco, nam de tali iure probandum erit, alias conceſſio nihil operaretur tanquam 9
incerta & obſcura, per Dyn. & Bar. in d. l. ſi ſic. §. j. & per Alex. in l. locus. ff. de acquir. poſſeſ. † & in cõceſ- 10
ſione caſtri cum omnibus iurib. ad illud pertinentibus, quòd probari debeat de illis iuribus, voluit. Oldra. in conſ. clxiiij. viſo priuilegio, & per Alex. in con. clxxxvij. col. ij. ver. circa primum. vol. ij. & per Deci. in conſi. cccij. col. iiij. in fi. † Et iſta etiam procederent, 11
quando bona per confines ſpecificarentur, quia neceſſa

ceſſariũ eſſet docere de iure concedentis, ſiue venditoris, quando alius tertius reperiretur in poſſeſſione: & vt voluit Areti.in conſi.clxiiij.magnifici.col.j. verſi. primum talis vniuerſalis deſignatio, vel generalis non releuat, quando conceſſio non eſſet vniuerſalis, ſed limitata ad iura concedentium.

## CAP. XC.

1 *Inſtrumentum ſi dicat bona feudi eſſe in tali ciuitate iuxta talia bona, uel in pertinentiis ciuitatis, quæ erit differentia.*

2 *Ciuitas muris cingitur, & continentia ædificia non comprehendit, & pertinentiæ ciuitatis, non dicuntur intra ciuitatem.*

3 *Locus loci, uel alia demonſtratio, quæ denotat rei diuerſitatem, deſcribi debet.*

4 *Legatum factum de his, quæ ſunt in ciuitate Peruſij comprehendit etiam ſuburbia.*

5 *Pertinentiæ comprehendunt etiam, quod eſt in ciuitate, licet intelligatur de his, quæ ſunt extra ciuitatem.*

CONſiderandum quoque erit ſecundum Pari. de Put.in c.& circa, de fini. feu. quòd † maxima ſit 1
differentia, quãdo in inſtrumento conceſſionis bonorum feudalium, vel in feudi inuentario dicatur terram ſiue domum feudi, ita eſſe in tali ciuitate, terra, caſtro, vel villa, iuxta talia bona, & quando dicatur in pertinentiis ciuitatis, terræ, caſtri, vel villæ, quia ciuitas, caſtrum, aut terra, vel villa, eſt intus ciuitatem, caſtrum aut villam, vel in locis adiacentibus, vt in l. fi. ff. fini. reg. & per Bar. in l. verbis. ff. de verb. ſigni. & in l. Item apud Labeonem. §. conuincium.ff.
2 de iniur. † in quibus locis habetur, quòd ciuitas eſt quæ



quæ muris cingitur, vel continentia ædificia comprehendit: & pertinentiæ ciuitatis non dicuntur intra ciuitatem, quia quando ponitur pro loco, muris finitur ſecundum Bar. in d.l. vrbis, & ideò loci diuerſitas videtur, † ſi dicatur in ciuitate iuxta bona Ioannis, vel 3
pertinentiis ciuitatis iuxta bona Ioannis, niſi apponeretur locus loci, vel alia demonſtratio de modo, quæ rei diuerſitatem ſignificaret, vt habetur in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & ad idem poſſent adduci not. per Bar. in l. vxorem. §. legauerat.ff. de leg. iij. vbi dicit † ciuitatem continere continen- 4
tia ædificia, vnde ſi lego, quæ habeo in ciuitate Peruſij, veniunt etiam ea quæ habeo in ſuburbiis, & vult, quòd ſit idem dicere in patria, & in ciuitate,
† & erit aduertendum ad ea quæ tradidit Paris de 5
Put. in c. qualiter, nume.20. de fini. feu. vbi vult, quòd verbum pertinentiæ intelligatur de locis extra ciuitatem, & caſtrum: tamen illud, quod eſt in pertinentiis dicitur eſſe in ciuitate vel caſtro.

## CAP. XCI.

1 *Demonſtratio rei uerborum præcedentium ſignificatum minuere non debet.*

2 *Venditor an teneatur emptori fines oſtendere.*

3 *Demonſtratio fruſtra adiicitur rei demonſtratæ ad oculum.*

4 *Venditor non tenetur emptori inſtrumenta tradere, ſed oſtendere.*

5 *Venditor emptori notificare tenetur, ſi conſortes uel uicini ſunt boni.*

6 *Rem potius relinquere, aliquando expedit, quàm malos uicinos habere.*

REI demonſtratio, † vt habetur per Pari. de Puteo in c. demonſtratio. de fini. feu. verborum 1
præce

præcedentium ſignificatum minuere non debet, l. ſi ſterilis. §. quamuis. ff. de actio. emp. & ideò non ab re erit deſcribere, an venditor teneatur emptori fines oſtendere, & Pau. Caſt. in l. Titius hæres, ff. de
2 actio. emp. ſequendo Gloſ. ita diſtinguit. † Aut vendo tibi quicquid iuris habeo in tali fundo, & teneor tibi oſtendere confines, & vſque ad talem locum ad quem habeo ius. Aut vendo tibi tale fundum, & tunc ſi poſſum oſtendere confinia, vel vicinos: & etiam inſtrumenta, quæ habeo, teneor oſtendere, arg. vt ibi. aut non poſſum, quia fortè inſtrumenta non habeo, & ignoro vicinorum cognomina, & tunc ſufficit, quòd oſtendam ad oculum, licet vicinorum no-
3 mina non exprimam, † quia rei demonſtratæ ad oculum, fruſtra adiicitur demonſtratio. l. fin. in fin. ff. de
4 do. prælega. † Et venditor emptori tradere non tenetur inſtrumenta, ſed oſtendere. Ac tenetur dicere emptori, ſi conſortes, vel vicini ſunt boni, ſecundum Papien. in ſua pract. in for. libel. in cau. vendi. in verſi. cui cohæret, per Gloſſ. in l. quod ſæpè. §. ſi. ff. de con. emp. ſi tamen fuerit ab emptore requiſitus.
5 arg. l. quæ cum alio. ff. de rei vendi. cum ibi not. † Nec mirum, quia aliquando expedit potius rem relinquere, quàm malos vicinos habere, l. ſi. C. de pact. inter emp. & vendi.

## CAP. XCII.

1 *Venditione facta de omnibus poſſeßionibus, quæ ſunt in Villa S. Sixti, Si duæ villæ reperiantur illius nominis, quid erit agendum.*
2 *Locus loci ſi non deſcribitur in teſtamento, intelligitur de loco ubi teſtator habet domicilium.*
3 *Promißio de domo ædificanda, non expreſſo modo qualiter erit ædificanda.*

Et hic



Et hic deſcribendum venit, quod not. Paris. de Put. in c. demonſtratio. de fini. feu. † videlicet, 1
quòd ſi quis omnes poſſeſſiones vendidit, quas habet in villa. S. Sixti: & ſunt duæ villæ iſtius nominis, & in qualibet habeat poſſeſſiones, & ſi quæratur de qua villa intelligatur, dicit iſtam quæſtionem decidi per
l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condi. & demon. † vbi 2
ſi in teſtamento non ſcribitur locus loci, in quo eſt res relicta, intelligitur de loco vbi teſtator domicilium habet vel ſi eſſet repugnantia, neutrum debetur. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in ſimili poſſet deduci id quod not. Alexan. in l. qui inſulam, num. 2. ff.
de verb. oblig. † vbi ſi ex aliquibus coniecturis con- 3
ſtare poterit de qualitate domus ædificandæ, licet non eſſet expreſſę dictum qualiter ædificari deberet, nihilominus promiſſio valeret veluti ſi artifex ſtipulatur domum fieri, & ipſe ſemper conſueuerit in domo ſuæ habitationis artem exercere ſuam, quia tunc erit intelligendum, quòd domus ſit talis, in qua poſſit ſuam artem exercere, arg. Gloſ. c. j. verſi. ad fœnus. de vſu. in vj. & eorum, quæ not. Bar. in l. cum plures. in fi. ff. de loca.

## CAP. XCIII.

1 *Inueſtigatio finium occupatorum qualiter fieri debeat.*
2 *Media præſumuntur eſſe cuius ſunt præcedentia, & ſequentia.*
3 *Extremitatibus probatis, probatur & medium.*
4 *Media referuntur ad principium, & finem.*
5 *Præſtatio longi temporis probatur per continuas temporis extremitates.*
6 *Medium inhabile impedit extremitates iungi.*
7 *Finis trahit ad ſe principium & principium trahit ad ſe finem.*

Et pro

ET pro finium occupatorum inueſtigatione notandum erit ſecundum Pari.de Put. in c.circa. de
1 fini. feu. † quod aliquando in inſtrumento, vel in inuentariis feudorum, reperitur ſcriptum, quòd feudum in tali loco poſſidet lineam vnam terræ iuxta talis eccleſiæ bona, & talis feudi bona, item aliam terram ibidem, & prope ipſam, aliam lineam terræ coniunctam, item aliam terram collateralem. Item aliam terram propinquam ibidē, iuxta bona talis & talis, quòd verificata prima terra per fines modernos, vel antiquos, & per vltimā, & quòd licet in intermediis, non ſint fines, vel ſint antiqui, ita quòd non poſſint verificari, tamen illæ aliæ terræ intermediæ, videntur verificatæ: & conſtat ipſas eſſe feudi, † quia media præſumuntur eſſe, cuius ſunt præcedentia & ſequētia, arg. l. ſub cōditione. ff. de hære. inſtit. & l. exiſtimo. ff. de verb. oblig. & ſic poſitum in medio ad præcedētia & ad ſequētia refert, argu. l. talis ſcriptura, in fi. ff. de leg. j. ad idem ꝙ not. Bar. in l. Celſus, nu. 21. ff. de vſuca. & plura congerit Alciat. in tract. de præſumptio. præſumptio.
3 xxij. vbi habetur, † ꝙ probatis extremitatibus, & medium probatur, & idē dicit in cōſ. clxxxvij. nu. 18. vol. ij. facit etiam quod voluit tex. in c. ſecundo requiris in
4 prin. de appella. vbi habetur, † quòd illa, quæ ſunt in medio, ſæpe ad principium, & ad finem referuntur, & faciunt not. per Bar. in l. Celſus, num. 21. ff. de vſucap.
5 vbi habetur. † quòd ad probandum longi temporis præſtationem: ſufficit probare continuas tēporis extremitates, quibus probatis medietas præſumitur, & ſic per extrema medium probatur, ſecundum Fely. in c. inter dilectos. col. iij. num. 12. de fi. inſtru. & Bar-
6 ba. in conſil. 37. ſcribitur. nume. 2. volumin. ij. † ſi tamen medium eſſet inhabile impediret extrema coniungi l. in vſucapionibus. §. j. ff. de vari. & tempora. præſcript. & ſic impediret fieri tranſitum de vno extremo

tremo



tremo ad aliud, vt l. diuo Marco. C. de quæſtio. & l. qui libertinus. §. poſthumo. ff. de oper. libert. & facit l. filius. §. ſequens quæſtio. ff. de falſ. & quæ habentur per Pau. Caſtren. in l. tria prædia num. 3. ff. de ſer. ruſti. præ-
dio. † Aduerte etiam quòd aliquando finis trahit ad 7
ſe principium. l. iij. ff. de adimen. legat. & è contra principium trahit ad ſe finem, l. ſi quis, in principio. ff. de leg. iij. Et ideò quæ ſequuntur ſapiunt naturam & præcedentium conditionem ſortiuntur. l. quæcunque. C. de apo. public.

## CAP. XCIIII.

1 *Dominus præſumitur eſſe ille, qui probat feudum integrum eſſe ſuum, licet aliorum ſit cura paſcuorum.*

2 *Dominus certæ partis integri fundi, præſumitur etiam dominus rerum unitarum.*

3 *Poſſeſſor ad hoc ut uincat in poſſeſſorio, debet poſſidere, non ui, non clam, nec precario.*

4 *Iuriſdictionis ſpeciem quis habere poteſt in uno loco, & alter poteſt habere aliam ſpeciem eodem loco.*

5 *Ius paſculandi quis poteſt habere in uno loco, & alter in eodem poteſt habere proprietatem.*

VErtente differentia inter duos dominos ſuper rebus feudalibus, ſi vnus probabit feudum integrum eſſe ſuum, & alter probat quòd paſcuorum cura ſit ſua, incerta parte illius territorij, quia territorium cuſtodiuit, & ibi fidam exegit, & pignorauit, &
nihil aliud probat, † cuius ergo erit feudum? & dicas 1
ſecundum Pari. de Put. in c. ſi eſt quæſtio. de fini. feu. præſumendum eſſe pro illo qui probauit integrum feudum eſſe ſuum, & ſic ei ſpectare dicta paſcua, quia conceſſorum inſeparabilium idem eſt iudicium. l. ſi

Q finita.

finita.§.hoc edicto. verſic. ſi iuncta ſit.ff.de dam.infec.
2 † cùm eadem ſit ratio connexorum, vt not. in c. præ-
terea,de offi.deleg.iuncta Gloſ. in verſi.ex eo, quia ſi
conſtat me eſſe dominum in certa integri fundi parte
& vniti, præſumor quoque eſſe dominus omnium re-
rum ibi conceſſarum & annexarum, niſi probetur,
quòd alius ſit dominus partis, vel iuriũ eius, vt habe-
tur in c.j.§.cum quis.de controuer.inueſtitu.vbi ſi quis
feudi medietatem, vel partem poſſideat, præſumitur
pro eo,quòd ſit dominus de toto feudo.arg.l. cum de
indebito.§.ſed hoc. ff. de proba.& habetur per Ia. de
Belui.in d.c.j.§.cum quis arg.not.in l. Caius.§.fin.ff.de
leg. ij. præſertim cum probaretur, quòd paſcuum de
quo eſt quæſtio ſit de pertinentiis villæ iſtius domini,
& ſi aliter quàm poſſeſſionem altera pars probaret,
præſumeretur iniuſta, niſi ex iuſtis cauſis iuſtificare-
3 tur.arg.c.ad decimas.de reſti.ſpolia.in vj. † Et facit ad
hoc,quia vt quis vincat in poſſeſſorio,debet poſſidere
nó vi,aut clam,nec precariò ab aduerſario.l. j. in prin.
ff.vti poſſi.& ideo ille contra domini voluntatem poſ-
ſidebat, quia repertus paſcurare, pluries pignoratus
fuerat,& patet quòd vi poſſidet.l.j. §. quid ſit vi factũ.
4 ff.quòd vi aut clam.† tamen eſt aduertendum,quia ſi-
cut non erit inconueniens, quòd vnus in vno loco
vnius ſpeciei iuriſdictionem quærat, & alter alterius
ſpeciei per ea,quæ not.Bar.in l. ij. §. ſi quis hoc inter-
dicto. ff. de iti. actúque priua. & in l.publicanus. ff. de
5 pub. & quæ dixi ſupra in cap. lxxvj. † ita etiam non
erit inconueniens quòd vnus poſſit acquirere ius pa-
ſculandi in aliqua parte territorij, & in eadem alter
habeat proprietatem. Iſta tamen in contrarium
obiecta videntur obſtare, quia in caſu præmiſſo
fuit probatum ab vna parte feudum integrum eſſe
ſuum, & non erit mirum ſi erit præſumptio contra
alium, quia ſolum probauit vnam poſſeſſionis ſpe-
ciem,



ciem,quòd ſecus eſſet vbi ab vna parte fuiſſet vna iuriſdictionis ſpecies probata, & ab altera parte alia ſpecies.

## CAP. XCV.

1 *Dominus ſi conceſſit rem feudalem communem cum fratre,uidetur conceſſiſſe partem fratris, quando nominauit omnes confines,niſi dixerit meam.*

2 *Legatum factum de re communi cum extraneo, non comprehendit niſi partem legantis.*

3 *Legans rem in qua ius morte finiebatur, non uidetur legare niſi ius ſuum.*

4 *Donans rem ſimpliciter, ſolum donare uidetur ius, quod habet in ea.*

5 *Vendita re communi, ex qualitate pretij cognoſcitur, ſi tota res uendita fuit.*

6 *Quantitas penſionis, ſi unius fuerit: locatum, uel uenditum denotat.*

7 *Emptio à conductione cognoſcitur ex pretij qualitate.*

8 *Vendita domo uſque ad talem domum ex pretij quantitate denotabitur, ſi illa alia domus erit incluſa in uenditione.*

9 *Contrahentium mens ex pretij qualitate cognoſcitur.*

10 *Venditione facta ab eo, quod quis habet intra tales fines, non comprehenditur niſi quatenus ille uenditor poſſidet.*

11 *Pretium rei potius conſideratur, quàm terræ quantitas.*

12 *Diſtinctio per quam cognoſcitur quid actum inter contrahentes,uel concedentem, aut legantem, uel donantem.*

NVnc venit declarandum ſi feudi dominus alicui
rem feudalem conceſſit, confinando omnes il-
lius rei fines, videatur confinium ratione totam rem,
1 vel partem ſuam conceſſiſſe, † Et Pari.de Put.in c.po-
ne, quòd dominus, de fini.feu.vult, totam rem conceſ-
ſam fuiſſe, niſi ipſe concedens dixerit meam, per Bald.
in l. cum alienam. C. de legat. Et idem erit dicendum
ſecundum Bal.in l.j.C.qui teſta.face.poſſ. quando res
communis erit legata & confinata per omnes confi-
2 nes, quia videtur tota legata.. † Aduertendum tamen
erit, quod ſi res fuiſſet communis cum extraneo, non
videretur legaſſe niſi partem ſuam, vt voluit Dyn. in l.
ſerui.§.ſi.ff.de leg.j.& facit l.vxor patrui. C. eo. & l. ꝙ
in rerũ.§.j.ff.de leg.j.& quod not. in l. qui tabernas. ff.
3 de cond. emp. † nam ius ſuum tantum legare videtur,
4 qui legat rem, in qua ius ſuum morte finiebatur, † ſi-
cut donans rem ſimpliciter, ſolum donare videtur ius,
quod habet in ea, vt habetur per Bar.in l.prædia.C. de
loca.prædi.ciui.li.xj.ſed Barba. in conſi. xxxvj. ſapien-
tem.col.iiij.nu.7.ver.cum ergo.vol.ij.videtur aliud ſen
tire dum ponit quæſtionem, de eo qui vẽdidit domum
5 cõmunem, & finaliter concludit, † ex quantitate pre-
tij cognoſci, an vendiderit totam vel partem ſuam, per
l.j.§.j.iuncta Glo.in verſi.agendo.ff.de ſuperfi.& l.pu-
pillus. §. fin. ff. de verbo. ſignifi. Idem tenere videtur
Sozin.in conſi.xcviij. col. ij. verſi. firmantur prædicta.
vol.j. & adducit l. j. de rebus dub. & Bart. in l. cotem
6 ferro.§.maximos. ff. de publica. † ſicut etiam colligi-
tur ex quantitate penſionis, an nemus fuerit locatum,
vel venditum, & ſimiliter dicit Bar. in d.l.j.§.j. num.3.
7 ff. de ſuperfi. † emptionem à conductione cognoſci
ex pretij qualitate quando ſoluitur vna tantum mer-
cedis quantitas, vel annua. Ad idem facit quod not.
Bar.in l.ſemper in ſtipulationibus.num.1.ff.de reg.iur.
8 † Vbi ſi vẽdo tibi domum hanc vſque ad talem do-
mum



mum pro centum, quòd ex pretij qualitate declarabi-
tur, ſi illa domus erit in venditione incluſa, & ibi De-
ci.num. 7. dicit † ex pretij qualitate diſcerni, ſi fuerit 9
emptio vel locatio, & ſic mens contrahentium cogno
ſcitur ex pretij qualitate ſecundum Bart. in d.l.§. quis
ſuperficiens, & Pari.in conſi.lxiiij.nu.44.vol.j. Et plu-
ra ad materiam facientia congerit Paris de Puteo in c.
demonſtratio.nume.7.de fini.feu.† Vbi habetur quòd 10
ſi vendo tibi quicquid habeo intra tales fines, in ven-
ditione non venit niſi quatenus poſſideo, non autem
totum loci ſpacium quod eſt intra fines, & ſecundum
eum hæc quæſtio deciditur per text.in l. quæro. ff. de
actio. empti. & dicit facere text.in l.patronus.§.j.& §.
libertis.ff.de leg.iij. Et idem voluit Matthæ.de Affli. in
deciſio.lxviij.nume.2.† Subdens quod potius rei pre- 11
tium quàm terræ quantitas conſideratur, per Ioan.
And. in reg. inſpicimus, de reg. iur. in vj. & per Bal. in
l.ſi quis.in iiij.pagi.ff. de adop. & in rub. de cont. em-
ptio. vbi dicit id eſſe veriſimile, ex pretio colligi, quid
ſit actum inter contrahentes, per d.l.& §. j. de ſuperfi.
& l.j.ff.de reb. dubi.† Et ideò putarem ſic diſtinguen- 12
dum eſſe, aut ſumus in caſibus in quibus pretium in-
teruenit, & ex eius qualitate & quantitate declaratur
quid ſit actum, Aut pretium non interuenit, & tunc ſi
ſumus in legato, vel donatione, & tũc ſolum ius quod
quis habet, legatum vel donatum intelligitur, aut ſu-
mus in alia conceſſione, & tunc ſi res erat communis
cum fratre tota conceſſa videbitur, niſi dixerit quòd
concedit tantum partem ſuam, Aut erat communis
cum extraneo, & tunc ſolum partem ſuam concedere
videtur, vt probatur in iuribus ſupra deductis.

## CAP. XCVI.

1 *Feudalis res non præſcribitur.*
2 *Feudalia omnia præſumuntur quæ ſunt intra territo-*
*rium,*

*rium, niſi probentur exempta.*

3 *Dominus alicuius ciuitatis, præſumitur etiam dominus quoad bonorum proprietatem.*

4 *Feudale prædium non præſumitur, ex eo quia ſit intra fines feudi, cum omnis terra de iure primæuo libera eſſet.*

5 *Territorium præſumitur liberum.*

6 *Libera erat omnis perſona & res de iure primæuo.*

7 *Reges & alij domini non habent intentionem ſuam fundatam in iure communi, quòd res particularium ſint ſuæ.*

8 *Feudalia bona non præſumuntur ea, quæ tenet clericus in regno uel in terra alicuius baronis.*

9 *Imperator eſt dominus totius mundi quoad iuriſdictionem, non quoad proprietatem rerum particularium.*

10 *Imperator uel Rex non poteſt uendere ſui ſubditi rem, niſi ob publicam utilitatem.*

11 *Res empta contigua rei feudali non præſumitur feudalis.*

DVbitatum fuit in conſilio Neapolitano ſecundum Matthæ. de Afflict. in deci. cclxvij. ſi intra feudi quaternati fines reperiatur prædium quod poſſideatur ab aliquo priuato, an poſſit per feudi dominum reintegrari, non obſtante xxx. vel xl. annorum
1 poſſeſſione, † & non nullis videbatur quòd res feudalis præſcribi non poſſit vt habetur in conſtitutione regni, in cap. conſuetudinem hactenus, in iij. lib. & quòd iſtud prædium ex quo eſt intra fines feudi quaternati præſumatur eſſe de feu. vt dicit Andræ. in c. j.
2 de controuer. inter maſcul. & femi. † quia omnia quæ ſunt intra territorium præſumũtur feudalia, niſi probentur exempta. c. omnes Baſilicæ. xvj. q. vij. & l. j. §. cum



cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. & faciunt ea quæ habet Bertran. in conſi. clxxxij. licet regulariter. nume. 7.
vol. j. † Vbi dixit Dominum alicuius ciuitatis vel ca- 3
ſtri præſumi etiam dominum quoad bonorũ proprietatem, & deducit Hoſti. in ſum. de præſcrip. rerum immobilium. §. quæ exigantur, quod eſt ſub. §. verũ quicquid dicant legiſtæ. in verſi. ſic & ſi princeps, & in ver. ſed nunquid minus peccatum. & inſtit. qui fili. ſint legiti. §. qualiter & à quo, & ſub. §. ſalua reuerentia. ver. quamuis ergo imperatores. vel vt ipſe refert, ſaltem in dubio omnia præſumuntur eſſe ſua, vel ſaltem eius intentio eſt fundata quoad proprietatem, prout etiam dixit videri ſenſiſſe Hoſtien. in cap. dilecto. col. j. verſi. nec puto quòd comes, & poſt Ioan. Andræ. in nouella col. vlt. verſicu. ſi quæratur. ff. de offic. archi. & per bonum text. in cap. quo iure. viij. diſtin. & iſta procedunt ſecundum Andræam ibi. niſi eſſet conſuetudo præſcripta in caſtro quòd tenentes vendant liberè poſſeſſiones ſuas, quia tunc domino feudi probandi onus incumberet, quòd prædium eſſet feudale, vel ſi alia vicina eſſent de allodio, & econtra ſi alia prædia vicina eſſent feudalia, poſſidẽti onus incumberet probandi, quòd eſſet allodium. Inſpicitur etiam an ſit in poſſeſſione, vel quaſi tenẽdi ſicut allodium, vel vt feudale, vnde cum nõ appareat de exemptione dicti prædij intra fines feudi caſtri tanquam allodialis, & pro minori parte ibi adſint prædia feudalia, præſumendum dictum prædium eſſe feudale. Contrarium tamen te-
net idem Hoſtien. in c. minus, de iure iur. † quòd præ- 4
dium non præſumatur feudale ex eo quia intra feudi confines ſit, quando multa allodia ſunt in feudo, cum de iure primæuo omnis terra libera eſſet, niſi quantum violẽtia fuit illata, & eum ſequitur Io. And. in nouel. in d. c. minus, & Andræ. de Iſer. in c. j. de controuer. inter mas. & fe. & idem videtur voluiſſe And. de Iſer. in

l. imperialem.§.illud.de feu.etiam poſſent adduci no. per Bertran.in conſi.xxiiij.num.10.vol.j. in ij. par. vbi
5 dicit † territorium præſumi liberum per l. altius, & quod ibi Gloſ.& Doctor.& l.ſi ædibus. C. de ſer. & aqua.& in l.fi.§.j.ff.de ſerui.& l.fi. §.pen. ff. quod vi aut
6 clam. † Et idem Bertran.in conſi.cclxvj.etiam ſi venerabilis.eo.vol.dicit plura bona allodialia reperiri,quia de iure primæuo omnis perſona & res libera erat, niſi & quatenus eſſet illata violentia. §. ius autem.inſt. de iure natu.& §.j.inſtit.de liberti.& not.Gloſ.in c. quanquam de cenſi. in vi.etiam facit quod idem voluit in conſi.iij. inſpecto & conſiderato.nu.9.vol.iij.vbi habetur quòd licet domini regnorum & prouinciarum,comitatuum,ciuitatum, oppidorum & caſtrorum de iure communi habeant intentionem fundatam,vt homines & eorum bona temporalia ſint ipſis ſubdita,vt per
7 Hoſtien. in d.c.minus.& per l.incolā.ff.ad munici.† tamen reges & alij, non habent intentionem fundatam de iure communi, quod res particularium vel regnorum & prouinciarum ſint ſuæ, cum plura bona allodialia reperiantur, & de iure primæuo, omnis perſona & res libera eſſet,per d.§.ius autem.& §. j. & Gloſ. in d. c.quanquam. & idem tenet in conſi. xxxix. vol.ij. in ij. par. & ſecundum And. iſta quæſtio eſt contra proceres, & aduocatum fiſcalem, qui dicunt omnia
8 quæ ſunt in regno eſſe regis, † & in c. j. quali. vaſall. debeat fideli. circa fin.dicitur, quòd ſi clericus tenet domos & vineas ac terras in regno liberè, vel in terra alicuius baronis,non probatur ex hoc quòd ſint feudalia,neque erūt in regis diſpoſitione,ſed ſolum in eius iuriſdictione, & ſic erit intelligendum d.c.omnes Baſilicæ.Videlicet, quòd omnia in regno exiſtentia ſint ſub regis iuriſdictione & protectione, ſicut etiam vult
9 Specu.in titu.de feu.§.quoniam.verſi.xiiij.nu.28.† omnia eſſe Imperatoris quoad iuriſdictionem, cum ſit

totius



totius mundi dominus,l.bene à Zenone. §.ſed ſancimus. C. de quadri. præſc. & l. cum depecatio. ff. ad l. Rhodi.de iact.& c.funerum.xij.q.j.& per Pau.Caſt. in conſil.lxj.videtur dicendum. nu.2.vol.ij.vbi dicit Imperatorem eſſe dominum mundi quoad iuriſdictionem,non quoad proprietatē ſingularium rerum, imò illæ pertinent ad ſingulares perſonas: & ſecundum Fabia. de Monte in tract. de emptio. & vendi. in iij.
prin.q.ver.xj.nume. 7.in j. tomo. † Rex vel Impera- 10
tor, non poteſt vendere rem ſui ſubditi, niſi ob publicam vtilitatem.per Gloſſ.in l. fi.ff. de natu. reſti. & omnia quæ ſunt in regno ſunt regis quantum ad iuriſdictionem generalem, per d. c. quo iure. viij. diſt. vnde Bal.in c.j. §.è contrario,nume.2.de inueſtitu. de
re. alie. dicit † ſi vaſallus iuxta rem feudalem emit 11
rem aliam ei contiguam, talis res empta non cenſetur eſſe de iure feudi,quia per ſe ſtat: & quòd quælibet res præſumitur libera eſſe & allodialis, & prædictis adde Alcia, in tracta.præſumptio.in reg.ij. & præſumptio.iij.

## CAP. XCVII.

1 *Prædia conſtituuntur dominorum deſtinatione,uidelicet per terminorum appoſitionem.*
2 *Prædia non ſolum per terminorum appoſitionem, ſed etiam ſolo animo conſtituuntur.*
3 *Termini diſiunctiui appoſitio eſt unio diſiunctiuorū.*
4 *Terræ ſpacium quantum diſtare debet à uicino quando aliquid ædificatur,uel arbores plantantur.*
5 *Lex finalis, finium regundorum habet locum etiam in prædiis urbanis.*

PRædia autem vt inquit Paris de Puteo in c. demonſtratio,num.9.& in c.ſi fundus,num.1.2.& 3.
de fini. feu. † diſtinguuntur & conſtituuntur domi- 1

 norum

norum deſtinatione, videlicet per terminorum appoſitionem, vel per ſepes, forſſata & leuatas, per tex. & Gloſſ. in l. quod in rerum. §. ſi quis poteſt. in verſi. &
2 domus. ff. de leg. j. † facit etiam l. recte. & ibi Gloſſ. fin. ff. de verb. ſignifi. & de vno prædio fiunt duo. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem ff. commu. prædio. & prædia non ſolum per terminorum appoſitionem conſtituuntur, ſed etiam ſolo animo, l. locus in prin. ff. de verborum ſign. In ædificiis autem requiritur aliquid ædificari. vt paries in medio. per d. Gloſſ. in verſi. &
3 domus. & per Bart. in l. §. ſi quis partem † etiam Paris de Put. refert Oldra. dicere, quòd termini diſiunctiui appoſitio per habentem poteſtatem muniendi facta, eſt vnio diſiunctiuorum, vt l. ſi eadem. ff. de offi. offeſſor. & in auct. vt iudic. ſine quo. ſuffra. §. il-
4 lud. † Et ſi quis vult plantare ſepem, vel maceriem conſtruere, terminum excedere non debet, vel ſi murum, pedem derelinquat, & ſi domum, duos pedes, ſi ſepulchrum aut foueam, quantum profundum, tantundem derelinquat, vel ſi puteum, relinquat vnum paſſum, & ſi oliuam aut ficum, nouem pedum ſpacio à finibus plantet alias autẽ arbores per
5 quinque pedes, vt habetur in l. fi. ff. fini. regun. † Et d. l. fi. debet etiam obſeruari in prædiis vrbanis, quando vicinus vult ædificare iuxta vicini domum ſecundum Cæpol. in tracta. ſerui. vrb. prædio. in titu. de pariete, numero ſecundo.

## CAP. XCVIII.

1 *Solum proprium Epiſcopi, uel alterius domini non facit diœceſim uel territorium eſſe illius, cuius eſt ſolum.*
2 *Poſſeßio priuatorum non conſtituit fines publicos.*
3 *Proprietas alicuius montis poterit eſſe penes aliquam Communitatem, & ius paſcendi penes particulares.*



Solum † proprium Epiſcopi, vel alterius Domini vel vniuerſitatis non facit diœceſim, territorium vel iuriſdictionem eſſe, cuius eſt ſolum, ſecundum Archi. in c. licet nonnulli, xvj. q. iij. & ideò ſi quis ædificat eccleſiam in ſolo ſuo, non per hoc ſibi vendicat ſpiritualia, vnde Calcane. in conſil. xc. nu. 15. 1
dicit † quòd priuatorum poſſeſſio, non conſtituit fines publicos regnorum, territoriorum, diœceſum, 2
vel parochiarum, aut plebanatuum, † & in conſil. lxxvj. num. 25. atteſtatur proprietatem alicuius montis poſſe ſtare penes aliquam Comitatem, & ius paſcendi penes particulares perſonas alterius Comitatis perpetuò, vel ad tempus, & tale ius perſonale cum perſona finitur iuxta not. in l. pecoris. ff. de ſer. ruſti. præ. & per Bar. in l. Mella. ff. de alim. & ciba. leg. 3

## CAP. XCIX.

1 *Lites diœceſum ſunt modici præiudicij.*
2 *Eccleſiæ omnes ſunt membrum unius eccleſiæ uniuerſalis.*
3 *Lites territorij qualiter ſint modici præiudicij.*
4 *Lites finium ſunt modici preiudicij, quando tractatur de finibus antiquis.*

Lites diœceſum † ſunt modici præiudicij, vt habetur per Abba. in c. cum cauſam. in j. not. de proba. quem ſequitur ibi Aret. nume. 1. & Fely. dicens finium materiam inter eccleſias non eſſe præiudicialem, per c. cum apoſtolica, de his quæ fi. à præla. † Ac ibi nume. 10. ſubdit omnes eccleſias eſſe vnam eccleſiam, & membrum vniuerſalis eccleſiæ. c. loquitur. xxiiij. q. j. & ſecundum Corne. in conſil. cccxxxiij. capio. 1 2

3 capio.num.17.vol.j. † pari ratione erit dicendum de
finibus territorij, quòd ſint modici præiudicij, prout
idē videtur ſentire in conſi.clxxj.colū. iij. ver. ad hoc
vol.j. & Aymo. Craue.in tract.de antiqui. tempo. in j.
par.in ſectio.propoſitum noſtrum.nu. 26. per Gloſ. in
ca.cum olim.in ver.inſtrumentis.de cenſib. & Abb. in
conſi.lxiiij.num.5.vol. j. Quæ tamen dicta per Corne.
intelligenda erunt ſecundum quod no.Deci.in d.c. cū
4 cauſam, nu. 4. † Videlicet finale iurgium eſſe modici
præiudicij,vbi agitur de finibus antiquis, vel quando
eſt cōtentio de ſola iuriſdictione, vel eſt cōtentio in-
ter prælatos, qui ſolum habent adminiſtrationem &
dominium. cap.ij.de dona. & ſic dictorum Doctorum
opi. in iſtis caſibus ſaluari poſſet.

## CAP. C.

1 *Fines occupans de prædio meo, ad fructuum reſtitutionem tenetur.*
2 *Fructus percepti ante litem conteſtatam, non reſtituuntur in iudicio finium regundorum.*
3 *Fructus & damna ueniunt poſt litem conteſtatam.*
4 *Obuentiones & augumenta ueniunt poſt litem conteſtatam.*
5 *Condemnatio facta de reſtituenda re, continet etiam fructus, qui de iure ueniunt.*

1 OCcupans † vltra fines de prædio meo ad fru-
ctuum reſtitutionem tenetur de eo, quod oc-
cupauit, ſecundum Bonifa. Viteli. in tracta. malefi. in
tit.de ter. mo. nu.8.arg.l.videamus.C. de vſur.& l.j.ff.
2 de verb.ſign.† Tu autem ſic diſtinguas, aut loquimur
de fructibus ante litem conteſtatam perceptis, & eos
conſequi non poterit victor in finium regundorum
iudicio, quia aut ille qui fructus percepit erat in bona
fide,



fide, & illos lucratur ſi conſumpſit.l.in bonæ fidei, in
prin.ff.de acqui.rer.domi.& per Abb.in c.grauis.nu. 4.
de reſti.ſpolia. aut erat in mala fide, & condici pote-
rit, l.ſed & ſi loci.§. poſt litem. ff. fini. reg. & idem ibi
Bal. ſentire videtur, † poſt litem verò conteſtatam 3
fructus & damna veniunt, & pro ſumptibus principa-
liter agitur, dato quòd non concludatur ad terminos
ponendos vel non ponendos, † & ſimiliter dici pote- 4
rit in obuentionibus & augumentis, vt per Floria. in
d.§.poſt litem † & licet iudex ſententia ſolum dixe- 5
rit, condemno te, vt rem reſtituas, nihilominus con-
demnatio etiam in fructibus facta intelligitur, qui de
iure veniunt, propter verbum reſtituas, quod plenam
habet ſignificationē ſecundum dicta not. per Hippo-
ly.de Marſ.in §.quæſtiones.nu.69. de quæſtio per Bal.
in rub.C.de fructi.& lit. expens.& Iaſ. in §. omnium,
in fi.Inſtit.de actio.

## CAP. CI.

1 *Litibus finis tripliciter imponitur.*
2 *Iudex in rebus dubij poteſt ad concordiam partes cogere, uel per medium iudicare, quando materia eſt diuiſibilis.*
3 *Diuiſio in rebus dubiis erit facienda more Imperatoris.*
4 *Lites finalium controuerſiarum ſunt diuidendæ, prout fuit factum per Cardinalem Mignanellum, quando ſumus in antiquis.*
5 *Lites finium regundorum à iudicibus per adiudicationem terminari poſſunt.*
6 *Iudex in finalibus quæſtionibus, poterit iudicare unum pro alio, & non ſecundum quod petitum fuerit.*
7 *Sententia licet regulariter debeat eſſe libello conformis, nihilominus fallit in iudicio iurgiorum finaliū.*

Senten

8 *Sententiæ in quibus caſibus non ſunt conformes libello.*

9 *Sententia in uiginti caſibus non tranſit in rem iudicatam.*

10 *Iudex quando erit in loco differẽtiæ quid debeat ſcribere facere.*

1 SEquitur † videre de ſententiis, & in primis notã-
dum erit quòd tripliciter litibus finis imponitur
per ſententiam, tranſactionem, & ius iurendum. l. ele-
ganter. §. ſi poſt. ff. de condi. indebi. & c. j. de lit. conte-
ſta. in vj. & l. j. ff. de iure iur. & iudicis bonum votum
erit eas dirimere. l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. pet.
2 & c. iurgantium de re iudi. † Vnde bonus iudex ani-
maduertere debet quando res non erit clara, vt par-
tes ad concordiam cogat, vt not. Deci. in cõſ. xlij. nu. v.
& in cõſ. cccclxv. nu. j. & eo maximè quãdo diu litiga-
tũ fuit c. placuit, xc. diſt. & ibi Gloſ. in verſ. excommu-
nicatione. Ad idem in l. ſi vſusfructus. §. ſed & ſi ff. de
vſufructu & ibi latè in apoſtil. & per Fely. in rub. de
treu. & pa. & in c. canonum ſtatuta. nume. 55. de con-
ſtitu. vbi not. quòd quando ſunt opiniones hinc inde
probabilis, laudatur iudex, qui diuidit per medium
3 materiam diuiſibilem. † Et ſic quando res non erit
multum clara ſed dubia erit diuidenda ſecundum De-
ci. morte Imperatoris, qui per medium iudicauit, vt
habetur in l. & hoc Tiberius Cæſar. ff. de hære. inſtit.
& c. afferte. de præſumptio. & in l. ſed & ſi lege. §.
adeò autem. in ſi. ff. de peti. hære. & l. Titius. ff. ad Tre-
bel. & aliquid per Corne. in conſil. cccxxxiij. capio
in fi. volumin. j. & latè per Boer. in deciſio xlij. nume.
39. in j. par. & Sozin. iunior. in conſil. xxxiij. volum. ij.
4 † Et vt per Reuerendiſſimum Dominum meum Car-
dinalem Mignanellum finales Gualdenſium Fabria-
nenſium controuerſiæ ritè ac rectè iudicio meo, per
medium



medium iudicatæ fuere: in quem per dictas Commu-
nitates poſtquam per centum & quinquaginta annos
litigatum extiterat, fuit compromiſſum, & antequam
cedulam laudi aperiret, ad locum differentiæ de
eius & excellentiſſimi Domini mei D. Baldouini de
Monte Iulij Papæ iij. fratris commiſſione acceſſi, vnà
cum I. V. Doctore D. Franſciſco Nolfo Fanenſi, &
ea accuratè circum ambulando perſpexi, partibus
præſentibus, mandauíque de eis deſignum fieri, quod
prælibato Cardinali conſignaui. & ſimiliter per iu-
dices in finium regundorum iudicio ſeruandum erit,
vbi plurimum & maximè in antiquis probationes mi-
nus integræ admittuntur, l. conſenſu. C. de repu. &
c. tertio loco, de proba. quia propter difficultatem
plenæ & claræ haberi non poſſunt. † Vel ſecundum 5
Pari. de Put. in c. aduertendum, de fini feu. iudex.
ſi obſcuritatis vel vetuſtatis cauſa, non poterit con-
trouerſias finales dirimere, per adiudicationem fi-
niat, videlicet adiudicando vni terram, & cogendo
illum cui adiudicatur ad dandum alteri pecuniam,
vt habetur in l. ij. iij. & iiij. ff. fini. regun. † Et ſic iu- 6
dex in hoc habet ſupræmam poteſtatem adiudican-
di vnum pro alio, & non ſecundum quod petitum
fuit & in iſto caſu finium declaratio fiet ſecundum
conſcientiam, accedendo ad locum per inſpectio-
nem & facti euidentiam, vt habetur in l. ſi irruptio-
ne. & ibi Gloſſ. in ver. ſubiectis. & ibi per Bal. ff.
eo. † Et ſic licet regulariter ſententia debeat eſſe 7
conformis libello, l. vt fundus. ff. commu. diui. & l. fi.
C. de fideicom. lib. & ca. licet hely. de ſimo. & per
Deci. in l. vinum. nume. 17. & ibi per Iaſ. nume. 23.
vbi plura congerit. ff. ſi cert. pet. & per Sozin. in reg.
xxxviij. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in
ver. petitiores. num. 21. de proba. † tamen iſta regula 8
fallit in iudicio finalium controuerſiarum, in quo iu-
dex

dex poteſtatem habet vnum pro alio adiudicandi. §.
fin.Inſtit.de offi.iudi.& l.ij.iij.& iiij.ff.fi. regun. Et fal-
lit etiam iſta regula in Principe,& in criminalibus, ac
ſpiritualibus,vt latè per Deci.in citato loco.nu. 18. &
19.& aliam deſcribit fallentiam Pau.Caſt.in l.ſicuti.§.
ſed ſi quęratur.nu.7.ff.ſi ſerui.vẽdi.per d.tex.ibi.Et alia
fallentia notatur per Boeri in deciſio. xlij.num. 18. &
alia fallentia erit quando iudex poterit cognoſcere,
ſola facti veritate inſpecta, quia tunc poterit fieri ad-
iudicatio in vno, licet aliud fuerit petitum, vt habe-
tur per Rober.Maran.in ſuo aureo Specu.in ix.diſt.iu-
9 dicio.nu.33.& in iij.par.nu.62.† Et ibi nu.130. deſcri-
bit vigintiquinque caſus in quibus ſententia non tran-
ſit in rem iudicatã,& licet iudici credatur de eo quòd
10 viderit, † tamen quando erit in loco differentiæ,ſcri-
bere faciat in actis, quòd acceſſit ad locum, vel loca
differentiæ,& quòd vidit tot affixos lapides in figura
finium,vel arbores cum ſignis,qui,& quæ videbantur
veri fines, vel ſi non eſſent in finium forma, vel vide-
rentur mutati, ſimiliter in actis deſcribere faciat, &
poſtquam in actis redacta erunt, cauſam iuridicè de-
cidat, vel per adiudicationem, & quando per adiu-
dicationem facit adiudicando agrorum fines, & tunc
videtur iudex adiudicare cuilibet pro portione præ-
diali,& non pro virili, l. iiij. §. ſi aliter fundus. ff. fini.
regund.& per Bal.in l.j.C.plus vna ſenten.

## CAP. CII.

1 *Iudicis officium erit ſequi agrimenſorum ralationem.*
2 *Iudex poterit agrimenſorum relationem reuocare.*
3 *Iudex poterit medici relationem corrigere.*
4 *Iudex poterit notarij relationem amendare.*
5 *Iudex pro qua parte debeat iudicare.*
6 *Iudicis officium erit remittere cauſas quæ ueniunt de longinquo.*

Iudicis



IVdicis † quamuis officium erit in eius ſententia 1
agrimenſorum relationem ſequi. vt habetur in l. ſi
irruptione.§.ad officium.ff.fini.regun.& per Saly. in l.
ſi quis in prin.C.eo. † tamen poterit quandoque, ſi ei 2
videbitur, eorum relationem reuocare,vt ibi per eum
nu.2.arg.l.quod iuſſit.ff. de re. iudica. † ſicut etiam iu- 3
dex medici relationem corrigere poterit, quando re-
tulit vulnus fuiſſe mortale,cùm non eſſet, † vel nota- 4
rij relationem emendare, quam fecit ſuper literarum
comparatione, aut alia ſimilia facere. Et ſicut iudex
ſapientis conſilium ſequi non tenetur, quando iuris
expreſſum errorem contineret, vt per Bald. in c. quia
indicante.num. 1.de præſump.& ſimili ratione videtur
dicendum, quòd non teneatur agrimenſoris relatio-
nem ſequi, quando iuris errorem expreſſum contine-
ret, † & in dubio iudex iudicare debet pro ea parte, 5
pro qua adſunt vehementes præſumptiones ſecũdum
Lauren.Calca.in conſi. xc. quia iſta quæſtio. nume.14.
† Et iudicis officium erit, quando cauſa venit de lon- 6
ginquo,ne partes ſumptibus & expenſis grauentur, &
maximè quando plus expenderetur in itinere, quam
in cauſa,vt eam ad litigatorum locum remittat, vt l.
cum poſt ſententiam.C.de appella.

## CAP. CIII.

1 *Sententia proferri debet partibus præſentibus,uel contumaciter abentibus.*
2 *Sententia qualiter in finium regundorum iudicio formanda erit.*
3 *Sententia non uitiatur propter finium errorem.*

RElationem autem † per agrimenſores, vel pe- 1
ritos facta, & cum eis habita per iudicem deli-
beratione, & dililigenter diſcuſſis omnibus in iudicio
diſcutiendis, ſententia proferenda erit præſentibus,

R vel

vel contumaciter abſentibus, prout voluit Specu. in rub. de ſenten. & de his. quæ ſequun. & §. qualiter. in princi. eodem.titu. Ideò conſequens erit declarare qualiter ſententia in finium regundorum iudicio formanda erit, † & ſecundum Bald. in l. ſi quis. numero
2 ſecundo. C. finium regũdorum iudex poſitis terminis per agrimenſores, prout ſtare debent, pronunciabit partes de cætero poſſidere debere, ſecundum terminos per agrimenſores poſitos, qui incipiunt in tali loco, & finiunt in tali: vel poterit ſic pronuntiare, cùm mihi conſtet, quòd Titius tot poſſideat pluſquam debeat, ideo pronuntio terminos per agrimenſores ponendos eſſe, & eos ſic poſitos conſeruandos fore, & poſteà in executione mittat agrimenſores, qui ponãt terminos vbi ſtare debent, & ſi non poſſent commodè ſtare vbi deberent, ponantur alibi adiudicando vni de alterius terra, & è contra, & prout in præcedenti cap. declaratum fuit. & licet ſecundum Bald. vtraque opinio ſeruari poſſit, prima tamen eſt verior ſententia, & ideò laudabilior, & facit ad hoc §. curare. inſtitu. de actioni. Et circa practicam iudicandi vide Bald. in cap.
3 cum cauſam, de proba. † Neque erit omittendum, quòd error finium non debet vitiare ſententiam ſecundum Fely. ibi nume. 12. in verſicu. quartò. ſcias, per l. patronus. §. ij. ff. de leg. iij. ſi tamen conſtaret de fundo.

## CAP. CIIII.

1 *Sententiæ antiqua acta referenti, an ſit credendum.*

2 *Sententia ad hoc, ut habeat præſumptionem pro ſe, quæ requirantur.*

3 *Sententiæ antiqua acta referenti creditur, abſque alia diſtinctione.*

*Solemni*



4 *Solemnitas extrinſeca præſumitur ex longiſſimi temporis curſu.*

5 *Sententia, quando dicatur eſſe de antiquo.*

6 *Sententia, quæ in rem tranſiuit iudicatam, poſt biennium dicitur de antiquo, uel ſi eſt lapſum decem annorum ſpacium.*

NVnc venit † dubitandum an ſententiæ antiqua 1
acta referenti credendum ſit, & Pau. Caſtr. in l. emancipationi, nume. 2. C. de fide inſtru. ita diſtinguit, aut in ſententiæ inſtrumento de actis ſit mentio, & tunc ſi ſententia in rem tranſiuit iudicatam, omnia ſolenniter acta cenſentur, & ſtabitur illi neque negans audietur, niſi contrarium probauerit, quia pro ea præſumitur, ex quo non appellauit c. in præſentia, de probatio. Aut in ſententia non ſit mentio de actis, & tunc ſi fuit facta in longinquo, ei ſtabitur, & omnia ſolenniter acta præſumuntur, aut fuit facta de propinquo, & tunc ſi poterit probari quòd interuenerit ſcriptura, & quòd fuerit deperdita, & ſententiæ ſtabitur, ſi autem probari non poterit ei non creditur, niſi oſtendatur circunducta vel cancellata, nam & illa fidem faciunt quantum ad ſententiæ valorem, † & idem 2
Pau. Caſt. in conſi. lxxvij. col. ij. verſi. non obſtante, in j. par. conſilio nouo. vult quòd ad hoc vt præſumatur pro ſententia, abſque eo quòd acta producantur, requiri concurſus infra dicendorum. Videlicet quod ſententia de actis mentionem faciat, & ſit lata contra præſentem non contradicentem, vel contra abſentem citatum & contumacem, vel quòd ſit adeò antiqua quod cum difficultate, vel quaſi impoſſibile ſit acta reperire, & Cæpol. in conſil. ſuis ciuili. in conſi. lxiij. nume. 3. & Corne. in conſi. cccxxxiij. cap. nume. 14. vol. j. † dicunt ſententiæ antiqua acta referenti creden- 3
dum eſſe non aliter diſtinguendo inter abſentem

 & præ

& præſentem, vel inter abſentem contumacem & non contumacem quamuis in ſententia de recenti ſoleat fieri talis diſtinctio, & maximè ſi apponeretur iuriſdictionis effectus, vt per Abba. in c. quoniam contra. nu. 23. de proba. & per Iaſ. in l. cum aliquis. nu. 7. C. de iure delibe. & per Gozadin. in conſi. lxxiij. num. 20. habe-
4 tur communem eſſe opinionem, † quòd licet regulariter ſolemnitas extrinſeca non præſumatur, tamen ex longiſſimo temporis curſu omnia ſolemniter interueniſſe præſumuntur, & idem voluit Lauren. Calca. in conſi. xc. quia iſta quæſtio. num. 4. & in conſi. xvj. viſis allegationibus. nu. 1. per text. l. in aliena. & ibi per Ang. & Doctor. ff. de acqui. hære. & in l. j. C. qui admit. ad bono. poſſ. & hanc opin. ſequitur Bertran. in conſi. cxciiij. num. 5. vol. ij. in par. ij. & Boer. in deciſio. cclxxxj. num.
5 15. in ij. par. † Et quando ſententia dicatur eſſe de antiquo, habetur per Aretin. in conſi. lxxiij. nu. 29. & per Iaſ. in conſi. cxiiij. num. 3. vol. j. & latiſſimè per Aymo. Crauet. de antiquita. tempo. in ij. par. in ſectio. ex præmiſſis abſolutam. num. 37. vbi deſcribit iudicis arbitrio
6 relinquendum eſſe. † Aduerte etiam ſecundum Grammati. in deciſio. xxiiij. quòd ſi ſententia poſt biennium in rem tranſiuit iudicatam, præſumitur pro ea, & tunc dicitur lata de longinquo tempore, & executioné petens acta producere non tenetur, vel ſecundum eum ibi nu. 12. ſententia dicitur valde antiqua, ſi poſt eam decem annorum ſpatium ſit lapſum.

## CAP. CV.

1 *Sententia uidetur ab illa communitate emologata, quæ diu permiſit terminos in illa nominatos ſtare.*
2 *Ratificare uerbis uel facto paria ſunt.*
3 *Iuſſus patris qui præcedere debet, quando filius adire hæreditatem uult, ex temporis longinquitate interueniſſe præſumitur.*
4 *Mandatum quando præſumitur interueniſſe ex temporis diuturnitate.*
5 *Conſenſus plus operatur præſtitus facto, quàm uerbis.*
6 *Communitas qualiter uideatur approbare geſta per ſyndicum non legitimè conſtitutum.*
7 *Compromiſſum, & laudum uidetur omnia extrinſeca ſolennia habuiſſe ex temporis longinquitate.*
8 *Conſenſus capituli in alienationem bonorum eccleſiæ præſumitur interueniſſe ex temporis diuturnitate.*
9 *Forma à ſtatuto requiſita ex temporis diuturnitate præſumitur interueniſſe.*
10 *Solennia omnia interueniſſe præſumuntur ex temporis diuturnitate.*
11 *Conſenſus præſumitur interueniſſe ex longa poſſeſſione, & diuturna patientia illius, cuius conſenſus requirebatur.*
12 *Sententiæ alicuius probatio non eſt neceſſaria, ubi tantum tempus effluxit, cuius initij memoria non erit in contrarium.*
13 *Cardinalis teſtamentum conditum de antiquo præſumitur de licentia Papæ.*
14 *Conſenſus in præiudicialibus præſumitur, concurrente ſcientia & patientia longa.*
15 *Conſenſus propinquorum, qui ex forma ſtatutorum requirebatur, præſumitur interueniſſe ex temporis longinquitate in contractibus mulierum.*
16 *Fides bona in antiquis præſumitur interueniſſe.*

17 *Solennia non præſumuntur interueniſſe, quando ex inſtrumento contrarium appareret.*

18 *Solennia interueniſſe præſumuntur ſpacio xxx. annorum.*

ET quia in præcedenti cap. concluſum fuit ſtandum eſſe ſententiæ antiqua acta referenti, nunc venit diſcutiendum, quando fines vel termini reperiuntur poſiti in aliquo loco virtute alicuius ſententiæ arbitramentalis, à ſyndicis alicuius communitatis emologatæ, ſi non conſtabit de eorum mandato, nunquid erit præſumptio, quòd mandatum habuerint & an termini confinia probent, & reperio Alciat. in tracta. de præſump. in reg ij. & præſump. xiij. pagi. 239.
1 tenere, † quòd ſi termini per longum tempus ſteterunt affixi, probationem faciant, quia ſententia ab illa comitate videtur emologata, quæ tam diu permiſerat
2 illos terminos ſtare, & tacuerit, quia † paria ſunt ratificare verbis, vel facto l. Paulus reſpondit. ff. rem. rat. hab. & per Bald. in l. j. qui accuſa. non poſſ. & per Pariſi. in conſi. cxj. num. 11. vol. iiij. cùm non ſit veriſimile communitatem permiſiſſe illos terminos apponi, niſi illi qui ratificauerũt fuiſſent veri ſyndici, & faciũt not. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. & quæ in terminis not. Caſſador. in tit. de procur. in deci. iij. lata erat ſententia, & per Bertran. in conſi. clxxj. nume. 6. vol. ij.
3 in iij. par. vbi ſubdit, † quod iuſſus patris, qui requiritur vt de neceſſitate præcedat, ad hoc vt filius poſſit hæreditatem adire per l. ſi quis mihi bona. §. iuſſus. ff. de acquiren. hære. præſumitur ex temporis diuturni-
4 tate præceſſiſſe arg. l. ſi filius. C. de peti. hære. † Et ſicut ex temporis diuturnitate præſumitur etiam mandatum interueniſſe, vt tenet Boer. in deciſio. cclxxxj. nu. 17. in ij. par. reprobando Bal. in l. ij. C. ſi ex fal. cau. inſtru. & Deci. in conſi. ccccix. vol. iij. vbi plura ad hoc propo



poſitum congerit, licet eorum dicta ſint intelligenda ſecundum Hieron. Cagnol. in l. velle non creditur. num. 20. in verſicu. maius dubium. ff. de reg. iur. quando in inſtruméto antiquo enuntiatur mandatum interueniſſe, quia tunc antiquitas fidem & auctoritatem dat inſtrumento enuntianti mandatum, aliàs ſecus eſſet, vt ibi per eum. Iſta tamen Alciat. opi. ex pluribus corroborari poterit. † Et primò ex not. per Bru. 5
in conſi. xxxiiij. num. 10. vbi dicit plus operari conſenſum per facta, quàm per verba, d. l. Paulus reſpondit, & l. de quibus. ff. de legi. & per ancha. in conſi. x. nu. j. & faciunt not. per Deci. in conſi. xlij. nu. 10. & in conſi. cccccclxxxvj. nu. 14. vbi habetur, † quòd ſi communi- 6
tas ſoluit expenſas in lite factas per ſyndicum non legitimè conſtitutũ, videtur geſta per eum approbare & ratificare. Et in conſi. ccclxv. nume. 3. † quòd propter 7
temporis longinquitatem omnia pro validitate laudi, & compromiſſis ſolennia extrinſeca interueniſſe præſumendum eſſe, & in conſi. clij. nu. 409. refert, † capi- 8
tuli conſenſum, & alias ſolennitates in bonorum eccleſiaſticorum alienatione requiſitas præſumendum interueniſſe propter diuturnitaté temporis. Et in conſil. ccxxij. nu. 9. dicit communem opinionem relatam per Alexan. in l. ſciendũ. col. v. ff. de verb. obliga. † præ- 9
ſumptionem eſſe, quòd ex temporis longinquitate interuenerit forma à ſtatuto requiſita. Et prædictis adde etiam not. per Deci. in conſil. vij. viſo conſilio. in nouis impreſſis, & ſimiliter ſecundum Gemi. in conſi.
c. num. 3. † quando probatio eſt impoſſibilis propter 10
temporis longinquitatem omnia ſolennia interueniſſe præſumuntur, quia impoſſibilitati probationis parcitur. c. ſi. de pac. & c. faciat. xxij. q. ij. & per reg. vt res potius valeat quàm pereat c. abbate. §. contra quam de verb. ſig. & ad idem facit quod not. Alexan. in conſil. xlviij. num. 6. & in conſi. l. nume. 5. vol. v. & Cæpol. in

 ſuis

ſuis conſi.ciuili.in conſi.xxxviij.nume.9.& Roma. dicit
in conſi.cclxxv.num.3.& Gozadin.in conſi. lxxxiij. nu.
20. iſtam eſſe communem opinionem, quam etiam ſe-
quitur Bertran.in conſil.cxciiij. num.5. volu.ij. & in ij.
11 part. † Et concurrente longa poſſeſſione, & patientia
illius diuturna, cuius conſenſus requirebatur, præſu-
mendum erit interueniſſe, vt per Alexan.in conſil. xij.
viſo proceſſu.num.7.vol.iiij.& ſecundum eum in con-
12 ſil.vj.num.8. & in conſil.ccxviij.vol.vj. † habetur pro-
pter tanti temporis vſum, cuius initij memoria in con-
trarium non exiſtit, non eſſe neceſſarium probare
ſcientiam alicuius, & Gozadin.in conſi.xj.nume.11.&
13 in conſi.xlj. num. 5. vult quòd in teſtamento. † Cardi-
nalis condito de antiquo, præſumatur Papæ licentia
14 interueniſſe, † & in conſil. xxiij. nume. 20. vult quòd
concurrente ſcientia & patientia longa, in actib. præ-
iudicialibus præſumatur conſenſus per Bart. & Alex.
Iaſ.& Deci. in l. ſi certis annis. C. de pact. quos refert
Hieron.Gra.in reſpon.ix.nu.15.vol.ij.& in reſpõ.cxxj.
15 nu.6.& 7.eo.vol. † Dicit ex tẽporis longinquitate præ-
ſumendũ eſſe propinquorum conſenſum interueniſſe,
qui in mulierum contractibus requirebatur. etiam fa-
ciunt ad idem not.per Curt.Seni.in conſi.lxxxiij. nu.7.
16 & Bart.Caſſen.in conſi.ix.nu.84. † Vbi volunt in anti-
quis præſumendum interueniſſe bonam fidem, nullo
etiam apparente titulo. Et ad idem faciũt not. per Ca-
ro.Roui.in conſi. lxiij.nu.6. & in conſi.xxvj.nu.3. & in
conſ.ccxxij.nu.6.vol.j.& Sozi.Iunio.in cõſ. xxij.nu.26.
17 † limita prædicta omnia non procedere, quãdo ex in-
ſtrumẽto cõtrariũ appareret, quia tũc ſolennia nõ præ
ſumũtur interueniſſe ſecundũ Pau.Caſt. in cõſi. lxxxj.
in cauſa nu.7.vol.ij.& per Sozin.in conſi.j.nu.8.vol.iij.
& in conſi.xlvj.nu.37.vol.iiij.& per Iaſ.in l.j.col.v.in v.
limita.C.qui admit.ad bono.poſſ.& in conſi.cxv. num.





5.& in conſil. cxlviij.nume. 7.volumi. iiij. & Deci. in
conſil. xiij. col. j. & Gozadin. in conſil. lxxiij. nume.
9. & Aymo. Craue.de antiquita.tempo.in ſecti.j.num.
5. in iij. par. † Et ad inducendum talem præſumptio- 18
nem requiritur xxx.annorum ſpacium, vt in c. perue-
nit.de emp.& vend.

## CAP. CVI.

1 *Exceptio, quòd qui confecit inſtrumentum non fuerit notarius, uel quod interponens auctoritatem non fuerit iudex, non admittitur in antiquis.*

2 *probatio in antiquis non erit neceſſaria, quòd qui cõfecit inſtrumentum ſit notarius.*

3 *Probatio in inſtrumento de longinquo producto, non erit neceſſaria, quòd qui illud fecerit, notarius ſit, ratione difficilis probationis.*

4 *Notarius probatur per plura inſtrumenta publica, quæ pro publicis ſunt recepta.*

5 *Inſtrumento de longinquo à legali perſona producto creditur cum iuramento.*

6 *Solennia omnia interueniſſe in dubio præſumuntur ex temporis diuturnitate.*

SEd cùm ſæpe in finalibus controuerſiis inſtru-
menta antiquiſſima producantur, † vbi poſtmo- 1
dum excipitur, quòd exemplans non fuerit nota-
rius, vel auctor, aut quòd interponens exemplatio-
ni auctoritatem non fuerit iudex, aut quòd non in-
teruenit citatio eius cuius intererat, ideò declara-
bimus an talis exceptio valida erit, & dicas non va-
lere, vt habetur per Bald. in auct. quas actiones. C.
de ſacroſanct. eccle. & in l. comparationes. C. de fi.
inſtru. & per Corne.in conſil. cccxxxiij. capio.nume.

14. & 15. volumin. j. & per Sozin. in conſi. clxxxvij. nume. 10. volum. ij. Iaſ. in conſil. cxiiij. nume. 3. volu. j. & per Hiero. Grat. in reſpon. iij. nume. 7. volumin. j. & Corne. in conſil. xvij. videtur in hac nume. 9.
2 volumin. j. † vult in inſtrumentis antiquis non eſſe neceſſarium probare, quòd qui fecit inſtrumentum eſſet notarius, prout aſſeruerat in inſtrumento, & idem tenuit Matthe. de Affict. in deciſio. cclj. nume. 5. & Bertran. in conſil. xlj. volumin. j. maximè quando in inſtrumentis centum annorum. Et ſimiliter erit ſecundum Alexan. in conſil. cl. in cauſa, nume. 8. vo-
3 lumin. vj. † in inſtrumentis de longinquo productis ratione difficilis probationis, quia non erit neceſſe probare inſtitutum procuratorem in inſtrumento fuiſſe illum talem qui eſt inſtitutus, vel quòd fuerit notarius, qui inſtrumentum confecit, prout in hac opin. fuit etiam Corne. in d. conſil. xvij. & in conſil. cxlij. videtur in hac. nume. 2. volumin. iij. & Iaſ. in l. ſciendum. nume. 19. ff. de verbo. obliga.
4 † Et ſic. Aretin. in conſil. xlij. arguendo de longinquo tempore ad longinquum locum, dicit, ad probandum quem eſſe notarium ſufficere, ſi plura producantur inſtrumenta confecta illius manu, quæ pro publicis ſunt, reperta, quando in longinquis partibus inſtrumenta confecta fuiſſent, & idem voluit Sozin. in conſil. lxxxvj. nume. 3. volumin. j. ſubdens, quòd ex illis inſtrumentis publicis, communis opinio notariatus inſurgit, & probatur, vt traditur à Specu. in §. reſtat. de inſtru. editio. nume. 6. quem ſequitur Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in ver.
5 inſtrumentum, nume. 12. de proba. † producenti inſtrumentum de longinquo ſi eſt legalis, & fide digna perſona, & bonæ famæ, iudex etiam parte abſente contra quam producitur poterit iuramentum deferre, quòd inſtrumentum eſt verum, & à publica perſo



perſona confectum, arg. §. ſi tamen quis, in auct. de fi. inſtru. & prædictis adde Alcia. de præſumptio. in reg. iij. in xiij. præſumptio. in ver. ſed quid ſi non conſtat, nume. 15. † Limita tamen prædicta ſecundum Aymo. 6
Crauet. de antiquita. tẽpo. in iij. par. in ſectio. Venio nunc. nume. 15. & in conſil. cxxxiiij. num. 4. volu. j. procedere, quando ſumus in caſu dubio, quia tunc propter diuturnitatem, & loci longinquitatem eſſet præſumptio, quòd omnia ſolemniter interuenerint, ſed ſecus eſſet in claro, quia tunc ceſſant coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obliga.

## CAP. CVII.

1 *Loca in ſententiis nominata pro cõfinibus ſi ſunt naturalia, ut fons & ſimilia attenduntur, licet poſt modum in illis non ſint affixi lapides, ut erat declaratum in ſententia.*
2 *Confinia ſi manifeſtè patent, præſcribi non poſſunt.*
3 *Loca deſignata in quibus finiunt territoria, dicuntur fines, licet terminorum ſigna non appareant.*
4 *Terminus terminans dicitur quicquid eſt extra fines.*

ET erit etiam diſcutiendum quando pronuntiatum fuit talia loca eſſe debere pro terminis, & ibi murellos, ſiue terminos ponendos eſſe, ſi poſtmodum termini non fuere in locis in ſententia deſcriptis ædificati, & vna pars litigantium aſſerat vltra terminos deſignatos poſſediſſe, ac præſcripſiſſe, & nunc etiam poſſidere, & confinia effectum non habuiſſe, nunquid iſta pars, quæ ſemper poſſedit, obtinere debeat, † & dicas ſecundum Gemi. in conſil. 1
c. nume. 4. quòd non, quia loca in ſententia pro confinibus nominata, & quæ deſignata fuere eſſe confinia, ſunt naturalia & perpetua, vt via, fons, & montium cacumina, licet poſteà fuiſſet pronuntiatum, vt in di

in dictis locis murelli, ſiue lapides figerentur, tamen fuit factum iſtud, vt clarius appareret tranſeuntium oculis, & non vt determinarentur confinibus. Et ſic iudices voluerunt loca nominata eſſe confinia, & mu-
2 rellos, ſiue lapides eſſe confiniũ demõſtrationes. † Et ideo ſi hodie confinia manifeſtè paterent, nec præſcribi, nec mutari poſſent, quia vbi prouinciarum, terrarum, vel locorum confinia manifeſtè paterent, præſcribi non poſſent, quantocunque poſſideantur, vt eſt tex. in c. licet, & c. inter memoratos. xvj. q. iij. & c. ſuper eo. de paroch. & talis poſſeſſio iudicabitur temeraria. & ad idem facit quod habetur per Corne. in
3 conſil. clxxxviij. viſo puncto. nume. 4. vol. j. † vbi vult quòd loca deſignata in quibus finiunt territoria, licet in eis non ſint aliqua terminorum ſigna poſita, pro-
4 priè fines dicantur per d. l. eos. ff. finium regun. † Et erit aduertendum, quòd terminus terminans dicitur quicquid eſt extra agri fines, ſecundum Bal. in l. ſi fines in fi. de euictio. Vnde ſi vna via erat pro vno termino aſſignata, vel quid aliud notabile, diceretur terminus, licet murelli, vel lapides non ſint poſiti, & ex conſequenti præſcribi non poterunt.

## CAP. CVIII.

1 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum, etiam ſi ſententia eſſet talis, quæ traheret ſecum executionem.*

2 *Appellationi à diffinitiua ius deſert, & ad ſuperiorem deuoluit, abſque eo quòd iudex deferat.*

3 *Attentorum remedium magis eſt priuilegiatũ, quàm ſpolij.*

4 *Excommunicationis exceptio non obſtat agenti remedio attentorum.*

5 *Attentorum reuocatio fieri non poteſt ad illius inſtantiam, de cuius non iure notoriè conſtaret.*



6 *Attentata per iudicem reuocari debent, quantumcunque conſtaret de iniuſtitia agentis.*

7 *Attentata ſi per iudicem reuocantur, non fit reſtitutio illi, de cuius iure non conſtat, ſed poſſeſſio penes tertium deponitur.*

8 *Termini imponi poſſunt, quando cauſa remiſſionis pendet.*

9 *Iudicis officio ſpectat ut termini imponantur.*

10 *Factum non dicitur in habentibus cauſam ſucceſſiuam, niſi perſeuerantia ſubſequatur.*

11 *Reuiſionis cauſa pendente poteſt innouari, licet ſit ſecus pendente appellationis cauſa.*

12 *Supplicatio conceditur ex principis gratia & benignitate.*

13 *Supplicatio continens quòd res iudicata reſcindatur, uel quòd bis iudicetur, niſi per principem, & non per inferiorem concedi poteſt.*

14 *Sententiæ executio non retardatur per ſupplicationem Principi porrectam.*

15 *Cautio iuratoria præſtaretur, quando pars iuraret non inuenire fideiuſſores.*

ET cum frequenter lata ſententia ſoleat appellatio interponi, ideò erit videndum, quando ſententia ſuper confinibus promulgata fuit, ſi pendente appellatione, per partem victricem peti poterit, vt termini in loco declarato ponantur, & videbatur dicendum quod non: † quia nil eſt innouandum pen- 1
dente appellatione, c. j. vt lit. pen. cum appellantis ſtatus integer eſſe debeat, etiam ſi ſententia eſſet talis, quæ executionem ſecum traheret. l. j §. inter. ff. nil noua. & ideò terminorum poſitio fieri debet lite ſopita. † quia appellationi à definitiua ius defert, & ad ſu- 2
periorem

periorem deuoluit, abſque eo quòd per iudicem de-
feratur, ſecundum quod traditur à Docto. in c. ſæ-
pe. de appella.& ſi fieret reuocaretur in primis & an-
te omnia, & citra inhibitionem remedio attentato-
3 rum. c. non ſolum. de appellat. lib. vj. † Et in hoc eſt
magis priuilegiatum attentatorum remedium, quàm
ſpolij, vt ex pluribus Philipp. Franc. deducit in c. bo-
4 næ.coll.iiij. extra eo.tit. † Etiam ſi petens executio-
nem eſſet excommunicatus, quia proſequenti atten-
tatorum iudicio excommunicationis exceptio non
obſtat, quæ aliàs obſtaret agenti poſſeſſorio recupe-
randæ. vt per Rot. deci. xiiij. fuit dubitatum in addi.
verſ. tertia differentia in nouis, & per Deci. in conſil.
5 cc. col. fin. verſi. ij. † Iſta tamen attentatorum reuo-
catio ad partis inſtantiam fieri non poſſet, de cuius
non iure notoriè conſtaret, per ea quæ refert Afflict.
6 in deciſio. xcviij. pulchrum. in fin. † Sed iudex eius of-
ficio, cuius maieſtas contempta fuit, reuocare pote-
rit, quantumcunque de agentis iniuſtitia conſtaret, &
per hoc ei poſſeſſio non reſtitueretur, contra quem
fuiſſet attentatum, vt poſt Ant. de But. not. Philipp.
7 Franc. in d. c. bonæ. col. v. verſi. vij. & vltimo, † Sed eſ-
ſet facienda prouiſio per habentem poteſtatem de
tertio, penes quem ſtare deberet in ſequeſtro poſſeſ-
ſio, abſque eo quòd ei fieret reſtitutio, quia notoriè
ius non haberet, vt in d. deciſio. xiiij. in fi. & per Caſſa-
do. in deci. iij. in fin. de reſtitu. Spolian. vbi dicit Ro-
8 tam ita ſeruare. † contrarium tamen fuit notatum
per conſilium Neapolitan. vbi deciditur quòd quan-
do pendet reuiſionis cauſa, termini poterunt affigi,
vt refert Matthæ. de afflict. in deciſio. cccxlj. lata eſt
ſententia, & motum fuit per auc. quæ ſuplicatio. vbi
Bal. de præcibus impera. offer. ponderando tex. dum
dicit exequatur ipſa ſentẽtia, & certum eſt, quòd non
dicitur plenè executum, niſi per terminos habeat ter-
ritorij



ritorij poſſeſſionem, de qua in ſententia, quia vt not.
Bal. in l. venditor. §. perueniſſe. ff. de hære. vel actio.
vendi. non dicitur quis plene habere, niſi poſſideat c.
cum in iunctis. de electio, & per Bar. in l. nemo. ff. de
leg. j. † Et tanto magis quando iudicis officio petitur, 9
vt termini ponantur, ad quod iudicis officiũ ſpectat,
vt termini in agris affigantur. l. hæc actio. §. iudici. & l.
ſi quis irruptione. ff. fini. regun. † Item in his quæ ha- 10
bent cauſam ſucceſſiuam, non dicitur eſſe factum, niſi
perſeuerãtia ſubſequatur, vt not Bar. in l. inter caſtel-
lanianum. ff. de arbit. & in l. permiſceri. § ſpe. cies ff. de
acqui. poſſeſſio. † Nec obſtat quòd lite pendente nihil 11
ſit innouãdum, quia illud procedit, quando agitur per
appellationem, ſecus ſi pendente reuiſionis cauſa pe-
tatur, vt termini apponantur. † Et ratio differẽtiæ eſt, 12
quia ſupplicatio ex principis gratia & benignitate,
cõceditur. C. ex literis, & ibi Abb. num. 11. de reſti. in
integ. & not. in l. j. C. de ſenten. præf. præto. Sed appel
latio innititur Iuſtitiæ, & iuſtitia vult, quòd appella-
tione pendente nihil innouetur. Iſta tamen opin. Af-
flicti procederet, quando reuiſio per Principem con-
cederetur, quia vt concludit Roma. in c. romana. de
appella. in vj. † Supplicatio continens vt res iudica- 13
ta reſcindatur, vel quòd bis iudicetur cauſa extrinſe-
cus non apparente per ſolum Principem ex benigni-
tate conceditur, quia tollere ius ex re iudicata quæ-
ſitum pertinet ad ſolum Principem, non autem ad
inferiorem. & hoc idem pluribus rationibus firmat
Abb. in d. cap. ex liter s. nume. 11. & extat deciſio.
Tholo. cccclxxix. item fuit & cap. † Vbi apoſtilator 14
ait hanc eſſe communem opinionem, & ideò ad-
uertas, quòd ſententiæ executio per ſupplicatio-
nem non retardatur factam Principi. Et ſatis eſſet,
quòd daretur cautio de reſtituendo, ſi ſupplicans
in cauſa obtinere, prout declarat Abba. in c. ſu-
ſcitata.

ſcitata. nume. 10. de reſti. in integ. & Afflict. in deci-
15 ſio.ccclvj.in fin. † Et ſufficeret iuratoriam cautionem præſtare, quando iureiurando pars firmaret fideiuſſores non inuenire, ſecundum Guid. Pap. in q. clxxxix.circa.Et ad idem facit quod traditur à Rober. Maran.in ſuo aureo Spec. aduoca.in vlti.par.iudi. incip.ſecundus actus principalis. nu.96.

FINIS.

# INDEX LOCVPLETISSIMVS ET FIDELIS IN TRACTATVM DE FINIBVS REGVNDIS.

Alphabetico ordine diligenter diſpoſitus.

*Absens præſumitur conſentire, quando cognouit, & tacuit, & actus geſtus reſpicit eius commodum. cap. 72.nu.16.fo.189*

*Abſolutus, uel condemnatus in uno foro, non poterit condemnari, uel abſolui in alio foro.cap.25.num.11.fol.59*

*Aſolutio eſt fauorabilior, quàm condemnatio.ca.67.num. 6. fol.171*

*Actio non competit contra menſorem niſi in ſubſidium, aduerſario non ualente ſoluere.cap.33.num.4.fol.74*

*Actio datur hæredi, & non contra hæredem agrimenſoris. cap.33.num.7.fo.74*

*Actio contra aduerſarium ſi extat ſoluendo datur, & non contra agrimonſorem.cap.33.num.8.fol.74*

*Actio criminalis non tollitur per ciuilem intentatam contra ſuperexactorem.cap.35.num.2.fol.80*

*Actio ciuilis, quando principaliter intentatur, & tunc poterit intẽtari acceſſoriè criminalis propter requiſita probationis diſparitatem.cap.35.num.5.fol.81*

*Actio criminalis, quando principaliter intentatur, & tunc poterit incidere fieri finium reformationem. cap. 35. num. 4.fol.80*

S *Actio*

Actio finium regun. eſt popularis, quia pœna fiſco applicatur. cap. 36. num. 4. fol. 82
Actio ſi inducitur à lege imponendo pœnam, & tunc pœna parti applicatur, & ſi inducitur accuſatio, & tunc applicatur fiſco. cap. 36. num. 2. fol. 81
Actio eſt ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. ca. 38. num. 1. fol. 84
Actio finium regundorum an ſit natiua, uel datiua. cap. 38. num. 3. fol. 84
Actio finium regun. unde naſcatur uariæ ſunt opiniones. cap. 38. num. 6. fol. 85
Actio finium regundorum quare ſic appellatur. cap. 38. num. 5. fol. 52
Actio finium regundorum dicitur natiua, quando oritur ex præſenti materia. cap. 38. num. 8. fol. 85
Actio antequam ſit nata non currit præſcriptio. cap. 38. num. 10. fol. 86
Actio finium regundorum ex uariis cauſarum figuris naſcitur. cap. 38. num. 11. fol. 86
Actio finium regundorum dicitur natiua, & mixta. cap. 38. nume. 12. fol. 86
Actio finium regundorum quare dicatur mixta. cap 38. num. 13. fol. 87
Actio finium regundorum quare dicatur datiua. cap 38. nu. 15. fol. 88
Actio natiua, & datiua quæ dicatur cap. 38. nu. 16 fol. 88
Actio finium regũdorum poterit dici natiua, datiua, & mixta, & aliquando naſci ex uariis cauſarum figuris cap. 38. nume 17 fol. 89
Actio finium regundorum appellatur popularis. cap. 38. nu. 18 fol. 89
Actio dicitur popularis quotiens pœna fiſco applicatur. ca. 38 num. 19. fol. 89





Actio finium regundorum datur pro confinibus maris. cap. 39. num. 1. fol. 90
Actio finium regundorum naſcitur quando fines turbati fuere. cap. 40. num. 1. fol. 91
Actio finium regundorum naſcitur quando petitur, ut noui fines imponantur. cap. 40. num. 3. fol. 91
Actio finium regun. intentari non poterit lite pendente ſuper appellatione ſententiæ latæ in poſſeſſorio. cap 41. nume. 1 fol. 91
Actionem finium regundorum experiri uolens, dominium probare tenetur. cap. 41. nu 3 fol 92
Actionis finium regun. cumulatio fieri non poteſt. cap. 41. num. 2. fol. 92
Actio illa tentata uidetur quæ ex materia in libello deducta colligi poterit. cap. 42. num 8 fol. 94
Actio ciuilis, & criminalis quando in eodem libello intentari poterit. cap. 42. num. 11. fol. 94
Actionis nomen an ſit præponendum in libello cap. 42. num. 15. fol. 95
Actio finium regundorum naſcitur à tempore commiſſionis quando agitur ut fines reformentur cap. 81 num. 7. fol. 218
Actio finium regundorum quare poſſit dici arbitraria. cap. 69. num. 2. fol. 178
Actio finium regundorum durat xxx. annis, ſi nihil eſt præſcriptum cap. 74. nu. 1. fol. 193
Actio finium regundorum ſpacio x. annorum non directè, ſed indirectè præſcribitur. cap. 74 nu. 3. fol. 193
Actio finium regundorum in finibus temporalium rerum eccleſiæ xl. annorum ſpacio euaneſcit. cap. 75. nume. 1. fol. 195
Actio finium regundorum intentari poterit licet per xxx. annos prædia non fuerint turbata. cap. 81. nu. 3. fol. 218

Actione finium regundorum ad damna data non agitur poſt xxx. annos. cap. 81. nu. 8. fol. 218

Actiones finium regundorum à quibus perſonis poßint intentari. cap. 28. nu. 1. fol. 65

Actiones quatuor competunt in iudicio finium regund. cap. 34. num. 1. fol. 76

Actione finium regun. agitur contra occupantem riuum priuatum. cap. 37. nu. 3. fol. 83

Actionis nomen erit exprimendum in libello quando ex facti narratione plures oriuntur actiones. cap. 38. nu. 2. fo. 84

Actiones in hæredes transferuntur. cap. 38. nu. 4. fo. 85

Actiones bonæ fidei non minus uidentur arbitrariæ quam ſint actiones ſtricti iuris. cap. 69. nu. 5. fo. 179

Actor non tenetur agri fines in libello exprimere quando à poſſeſſore mutati fuêre. cap. 43. nu. 15. fo. 101

Actor debet in libello præponere turbationem à xxx. annis factam, alias caderet. cap. 43. nu. 19. fo. 102

Actor, & reus uterque dicitur in iudicio finium regun. cap. 45. nu. 4. fol. 105

Actor dicitur, qui prouocat ad iudicium. ca. 45. nu. 5. fo. 105

Actore non probante reus abſoluitur, & ſic reo negante, actori incumbit onus. cap. 45. nu. 1. fo. 105

Actor, & reus uterque dicitur in iudicio finium regund. & ideo utraque pars probare debet de ſua poſſeßione, & iure. cap. 48. num. 2. fol. 114

Actore non probante in iudicio finium regundorum reus abſoluitur. cap. 48. num. 6. fol. 115

Actus qui exercetur acquiritur tantum ex conſuetudine. ca. 78. num. 19. fol. 211

Accuſatio in pœnalibus ſi inducitur à lege ſimpliciter loquente tunc pœna fiſco applicatur. cap. 36. nu. 3. fol. 81

Accuſatori applicatur pœna legis agrariæ ſi ciuiliter agitur. cap. 36. num. 1. fol. 81


Adhæ




Adhærentia, & cohærentia idem eſt. ca. 79. nu. 2. fol. 214

Adiacentia, cohærentia, & pertinentiæ quæ dicantur. ca. 80. num. 1. fol. 216

Adminiculum dicitur quod inducit ueri ſuſpicionem. cap. 54. num. 4. fol. 132

Aduocatus qua cautela uti debeat quando ſuſpicatur aduerſarium poſſe articulos probare cap. 47. nu. 8. fo. 113

Ager eſt ſpecies fundi ad uſum hominis deſtinati, & quid ſit fundus uel prædium. cap. 10. nu. 1. fol. 25

Ager eſt locus uacuus ſine uilla. cap. 10. nu. 2. fol. 25

Ager dicitur uincatus, & ponitur pro uilla c. 10. nu. 3. fo. 25

Ager habet conditiones duas, & eſt diuiſus, & aßignatus colonis. cap. 10. num. 4. fol. 25

Ager ſtrigatus, & ſcannatus quid ſit. cap. 10. nu. 5. fol. 25.

Agrorum fines ſpacio xxx. annorum præſcribuntur, quando non ſunt limitati. cap. 74. nu. 7. fol. 194

Agrimenſor quando mittitur ad loca differentiæ debet prius pars citari, ut tali die, & hora ſit præſens. cap. 31. num. 1. fol. 70

Agrimenſor ſuum poterit exercere officium quando partes fuerunt citatæ per ſe, uel nuntium, aut epiſtolam. cap. 31. num. 4. fol. 71

Agrimenſor tenetur ex doloſa relatione, & non de culpa uel negligentia. cap. 33. num. 1. fol. 73

Agens iurare debet ſe ſolum fuiſſe in poſſeßione. cap. 43. nu. 16. fol. 101

Agens pluribus actionibus ſimilibus reo inſtante tenetur facere unum libellum & unam inſtantiam de omnibus. cap. 43. num. 7. fol. 101

Agenti finium regun. actione iuramentum præſtatur. cap. 45. num. 2. fol. 105

Alueus fluminis eſt illius territorij intra quod reperitur. cap. 6. num. 7. fol. 18


 Aluei

*Aluei mutatione penſio non augetur, uel fructuum uenditio quæ contractus tempore limitata fuit ca.24.nu 2 fol. 50*

*Alueus quem flumen diuiſit ad quem ſpectat.cap.24.num.5. fol. 51*

*Alluuionis ius non uendicat ſibi locũ in iuriſdictione, & territorio.cap.24 num.6.fol.51*

*Alluuionis uis in feudis locum habet, quia eſt alienatio legalis.cap.24.num.7.fol.52*

*Anterior pars dicitur per quam dominus ingreditur.ca.27. num.9.fol 65*

*Antiquior poſſeſſio ſine titulo præfertur iuniori cum titulo, dummodo titulus ſit poſtmodum quæſitus.cap.47.nu.9. fol.113*

*Antequum factum dicitur eſſe ſpacio xl. annorum. cap.70. num.1.fol.181*

*Antiquum factum quando dicatur eſſe iudicis arbitrio relinquitur uel accipitur ſecundum diuerſas materias.ca.70. num.2.fol.182*

*Antiquum factum dicitur quando excedit centum annorum metam cap.70 num 3 fol.182*

*Antiquum factum probatur per cõmunem hominum relatum, uel libros antiquos, aut hiſtorias.cap.70. nu 8.fol.183*

*Antiqua inſtrumenta dicuntur à quorum receptione curreruntur centum anni.cap.70.nu.5 fol.183*

*Appellatione pendente nihil eſt innouandum, etiam ſi ſententia eſſet talis quæ ſecum traheret excuſationem. ca.108. num.1.fol.269*

*Appllationi à deffinitiua ius deſert, & ad ſuperiorem deuoluit abſque eo quod iudex deſerat.ca.108.nu.2.fo.269*

*Aqua fluminis labentis inter duas ciuitates ſit communis pro indiuiſo.cap.24.num.8.fol.52*

*Arbores quando pro finibus ponuntur erit uidendum in qua parte notatæ erunt cap.17 nu 7.fol 40*


Arbor




*Arbor alterius generis de ruſticorum conſuetudine conſueuit plantari pro termino in agris, uel ſyluis. cap.19.nu. 3.fol.43*

*Arbores pro terminis exiſtentes qualiter ſint ſignandæ. cap. 19.num.5.fol.44*

*Arbor exiſtens pro termino ſolet habere crucem inciſam. ca. 19.num.4.fol.43*

*Arbor uel lapis ſi naſcitur in medio ad utrunque uicinũ pertinet.cap.25.num.4.fol.57*

*Arbores terminales incidens ad quid teneatur.cap.34.num. 10.fol.79*

*Arbores ſi naſcantur propè mœnia quid erit agendum. cap. 5.nu.18.fol.16*

*Arbitratores, & ſimiles non tenentur de culpa & negligentia, ſed tantum de dolo.cap.33.num.2.fol.74*

*Archiepiſcopatus, epiſcopatus, & præbenda in duas partes diuidi poſſunt.cap.4.num.12.fol.11*

*Argumentum à ſolitis, & communiter accidentibus, eſt bonum.cap.72.num.19.fol.190*

*Articulorum ſiue capitulorum appellatione uenit illa ſcriptura quæ elicitur ex petitione & ſuper qua teſtes examinantur.cap.47.num.1.fol.111*

*Articulus continet partis intentionem, quam quis probare intendit per teſtes uel ſcripturam cap 47.nu.2.fol.111*

*Articulans non cenſetur fateri id quod deduxit in articulis. cap.47.num.3.fol.111*

*Articuli qualiter per actorem in iurgiis finalibus ſint formandi cap.47.num.4.fol.112*

*Articuli qualiter per reum in controuerſiis finium ſint faciendi.cap.47.num.5.fol.112*

*Articuli qualiter fieri debeant, quando fines ſunt mutati. ca. 47.num.6.fol.112*

*Articuli qualiter per uniuerſitatem fieri debeant quãdo uult*


 proba

probare eius homines poſſediſſe,cap.47.nu. 10.fo. 113
Articulandum eſt fines per teſtes & famam probari poſſe,& iſta cautela erit notanda,cap.47.num.7.fo.113
Articuli in probanda uniuerſitatis poſſeßione qualiter erunt faciendi,cap.72.num.17.fo.190
Attentatorum remedium magis eſt priuilegiatum quàm ſpolij,cap.108.num.3.fo.270
Attentatorum reuocatio fieri non poteſt ad inſtantiam illius de cuius non iure notoriè conſtat, cap. 108. nume.5.folio 270
Attentata reuocari debent quantumcunque de iniuſtitia conſtaret agentis,cap.108.num.6.fo.270
Attentata ſi reuocantur non fit reſtitutio ei,de cuius iure non conſtat,ſed poſſeßio penes tertium ſequeſtratur,ca. 108. num.7.fo.270

B

BRixia eſt patria authoris,cap.16.num.4.fo.38
Brixienſes ſunt poſſeſſores,& domini fluminis Olei.ca. 24.num.11.fo.53

C

CAlculator non tenetur de culpa,uel negligentia, ſed de dolo,cap.33.num,1.fo.73
Caput appellatur pars ſuperior,quæ eſt in loco eminenti ſiue montuoſo,cap.27.num. .fo.64
Caput appellatur etiam punctus ſiue linea indiuiſibilis, cap. 27.num.4.fo.64
Caput appellatur locus per quem ingreditur,uel locus qui eſt meridiem uerſus,cap.27.num.3.fo.64
Caput aquæ,& cuiuſque rei attenditur, cap. 24.nume. 13. fol.54
Caput accipitur pro angulis oppoſitis,cap.27.num.7.f.65
Caput erit à parte nobiliori, & pars oppoſita erit finis, ca. 26.num.8.fol.65

Capitu



Capitula ſiue articulus appellatur illa ſcriptura quæ elicitur ex petitione, & ſuper qua teſtes examinantur, cap. 47. num.1.fol.111
Cardinalis teſtamentum conditum de antiquo præſumitur de Papæ licentia.cap.105.nu.13.fol.264
Caſtro uendito uidentur conceſſa adiacentia ipſi caſtro. cap. 80.num 2.fol.216
Caſtro alicui conceſſo cum pertinentiis quid ueniat. cap. 80. num.3.fol.216
Caſtrum ſi ſeparetur inter duas ciuitates, in dubio præſumitur eſſe illius qui magis adiacet.cap.83.nu.4.fol.221
Caſtri,& municipij appellatione quid contineatur.cap.5.nu. 8.fol.4
Cataſtum ſolet fieri,ut ſecundum illud,cenſus, & collectæ imponantur.cap.64.nu.1.fol.164
Cataſtum ſine ſolutione non probat, & non præiudicat illis qui non conſenſerunt.cap.64.nu.5.fol.165
Cataſtum præbet ſignum quòd bona in illo acataſtata ſint illius cuius eſt cataſtum.cap.64.nu.7.fol.165
Cataſtum repertum penes egregias perſonas iunctis aliis adminiculis probat confines.cap.64 nu.8 fol.165
Cataſtatio illius qui eſt debitor onerum realium in uno loco non præiudicat alteri loco.cap.64.nu 6.fol.165
Cauſæ ſunt ſex,ex quibus aliquis moueri poteſt ad extirpandum terminos cap.34.nu 7.fol 78
Cautela quæ erit fienda per aduocatum contra quem fiunt articuli cap 47.nu.8 fol 113
Cautela erit articulari confines probari poſſe per teſtes, & famam.cap.47.nu.7 fol 113
Cautio iuratoria præſtatur quãdo iuratur per aliquem quòd non reperiit fideiuſſores,cap 108.nu.15.fol.272
Cenſus ſolutio facit præſumere dominum illum cui ſoluitur. cap.52.num.7 fol.125

S 5 Cenſus

Cenſus, & gabellarum ſolutio probat confines, uel iuriſdictionis poſſeßionem.cap.52.nu.8.fol.125
Citari debet pars, ut tali die, & hora ſit in loco differentiæ quando agrimenſor mittitur.cap.31.num.1.fol.70
Citatio qualiter fieri debeat, quando uniuerſitas citatu. cap. 7 .num.2 .fol.19
Ciuilis actio quando principaliter intentatur, tunc criminalis acceßione intentari non poterit propter requiſitæ probationis diſparitatem, cap.35.num.5.fol.81
Ciuitas dicitur quæ muris eſt cincta ueterum ducto. uel ponitur etiam pro continentibus ædificiis, ca.5.nu.1.fol.13
Ciuitas in terris Chriſtianorum proprie dicitur illa quæ habet ſedem epiſcopalem, cap.5.num.2.fo.13
Ciuitas appellatur etiam ille locus, qui habet officiales merū, & mixtum imperium exercentes, cap.5.nu.4.fo.13
Ciuitas iuriſdictionem habet eligendi defenſores, qui habeant iuriſdictionem, & aliqua ciuitas ex conſuetudine eligit, qui habet merum, & mixtum imperium Romanū, cap.5.num.3.fo.13
Ciuitas licet priuetur epiſcopo non deſinit eſſe ciuitas.cap.5. num.5.fol.14
Ciuitatis appellatione continentur caſalia, uici, territorium, diſtrictus, & habitatores, cap.5.num.7.fo.14
Ciuitas dicitur eſſe de territorio illius ciuitatis cui ſubeſt, cap. 6.num.2.fol.17
Ciuitas quæ ſit, & quæ requirantur ut fiat, & eius priuilegia, cap.5.num.7.folio 14
Ciuitas muris cingitur, & continentia ædificia comprehendit, & pertinentiæ ciuitatis non dicuntur intra ciuitatem, cap.90.num.1.fo.236
Clauſula ſaluis aliis confinibus uerioribus quid operetur, ca. 88.num.9.fo.233
Clerici dicuntur fructuarij ſuorum beneficiorum, cap.28. nume.3.folio 66



Cohærentia confinibus ſunt impræſcriptibilia, cap.79. num. 1.folio 214
Cohærentia quid ſit, capite 80.num.1.fol.216
Collectarum ſolutio per libros, & ſcriptores, & non per teſtes probari debet, cap.64.num.2.folio 164
Collectarum ſolutio in ſcriptis redigi debet, ut exactionis ratio per exactores reddi poßit, cap.64.num.3.fol.164
Collectarum, & cenſus ſolutio denotat ſoluentes ſubiacere illi cui ſoluit, cap.64.num.4.folio 164
Collis quid ſit, & unde dicatur, cap.14.num.3.fo.33
Comitatus appellatur diſtrictus ciuitatis, & continet in ſe acceßionem, & naturales pertinentias ciuitatis, cap.8. num.1.fo.23
Comitatus importat territorium uillarum uel caſtrorum, & eiſdem gaudet priuilegiis, & poterit aliquod caſtrum eſſe de comitatu Imolæ quod non erit de diſtrictu Bononiæ. cap.8.num.2.fo.23
Compromiſſum, uel laudum uidetur omnia ſolemnia extrinſeca habuiſſe ex temporis longinquitate, cap. 105.num. 7.fo.263
Communia ſunt quæ naſcuntur in medio confinium, cap. 23. num.8.fo.48
Communio ſolet parere diſcordiam.cap.2.num.6.fo.7
Communis opinio inducitur ex pluribus inſtrumentis antiquis, ca.66.num.9.fo.169
Communis opinio qualiter probetur, & ſuper ea teſtis deponere debeat, capite 56.num.5.fo.139
Communis uſus loquendi qualiter probetur, & teſtis ſuper eo deponere debeat, capite 56.num.6.fo.139
Communitas qualiter uideatur approbare geſta per ſyndicum non legitime conſtitutum. cap. 105. nume. 6.folio 263

Conce

Conceſſio facta per comitem eccleſiæ de iure quod ipſe habet in tali loco non tribuit titulum nec uſucapiendi conditionem niſi de concedentis iure probetur, cap. 89. num. 3. fol. 234
Conceſſio facta de iure quod quis habet in tali fundo, uel loco nihil operatur, ſi non probatur de iure concedentis, cap. 89. num. 9. fo. 235
Conceſſio facta de caſtro cum iuribus ad ipſum pertinentibus non ualet ſi non probatur de dictis iuribus, cap. 89. num. 10. fo. 235
Condemnatio de reſtituenda re continet etiam fructus qui de iure ueniunt, cap. 100. num. 5. fo. 253
Condemnatus uel abſolutus in uno foro non poterit condemnari, uel abſolui in alio foro, cap. 25. nu. 11. fol. 59
Confeſſio ponenti præiudicat, cap. 46. num. 7. fo. 108
Confines non dicuntur in mari ſed pertinentiæ, cap. 39. num. 2. fol. 90
Confines iuriſdictionis probantur per teſtes ſingulares, cap. 52. num. 1. fol. 124
Confines iuriſdictionis per furcarum erectionem, & delinquentium capturam, & per citationem factam ſecuta poſtmodum delinquentium comparitione, cap. 52. num. 4. fol. 124
Confines probantur non ſolum per partium aſſertiones, ſed etiam dominorum locorum, cap. 52. nu. 13. fo. 126
Confines probantur per uoluntatem patrisfam. in eius uita declaratam, cap. 52. 15. num. fo. 126
Confines probantur ſi teſtes dicant communem opinionem ita eſſe, cap. 52. num. 6. fol. 126
Confines probantur per arbitrum, & iudicum ſententias, ca. 52. num. 12. fol. 126
Confines per plures præſumptiones, ſimul iunctas probantur ſed etiam per duas, cap. 53. num. 1. fo. 127

Confi



Confines non ſolum per plures præſumptiones ſimul iunctas probantur ſed etiam per duas, cap. 53. nu. 2. fo. 128
Confines per libros probari poſſunt, cap. 62. nu. 2. fol. 158
Confines per famam probantur, cap. 66. num. 1. fo. 168
Confinia rei ſuæ dominus præſumitur ſcire, cap. 34. num. 1. fol. 222
Confinium error ueritati non præiudicat, cap. 84. num. 2. fol. 222
Confinia menſuram indicant, & rem deſignant, & quicquid eſt intra includunt, cap. 88. num. 1. fo. 231
Confinia ſi manifeſtè patent, præſcribi non poſſunt, cap. 107. num. 2. fol. 269
Conſuetudo indicat maiorem partem quod quid eſt, cap. 52. num. 12. fol. 126
Conſuetudine non uiolenta inducitur quòd quis poſſit paſculari inter limites alterius territorij uel in alterius fundo, cap. 73. num. 1. fo. 191
Conſuetudo immemorabilis temporis habet uim tituli, & ueritati æquipollet, cap. 24. num. 16. fo. 54
Conſuetudine inducitur quòd quis oblato præcio poſſit in alterius nemore ligna incidere, cap. 73. nu. 2. fo. 191
Conſuetudine inducitur, ut uniuerſitatis homines data certa pecuniarum quantitate poſſint paſcere animalia in alieno territorio, cap. 73. num. 3. fo. 192
Conſuetudine non obſtante dominus præferretur quando ligna, uel paſcua non ſufficerent pro ſe, & eius hominibus, cap. 73. num. 5. fol. 192
Conſuetudo lignandi uel paſculandi quanto tempore inducatur, cap. 73. num. 6. fo. 192
Conſuetudo qualiter ſit articulanda, & probanda, cap. 73. num. 7. fol. 192
Conſuetudo ſpecialis derogat legi ſpeciali, cap. 5. num. 17. folio 6

Conſue

Conſuetudo ſeruanda erit in ædificando ſi apparet ſpacio intermiſſo inter mœnia, cap. 5 num. 16. fo. 16
Conſenſus capituli in alienatione bonorum eccleſiæ præſumitur interueniſſe ex temporis diuturnitate, cap. 105. num 8. fol. 263
Conſenſus plus operatur præſtitus facto quàm uerbis, cap. 105. nu. 5. fo. 263
Conſenſus præſumitur interueniſſe ex longa poſſeſſione, & diuturna illius patientia cuius conſenſus requirebatur, ca. 105. nu. 11. fol. 264
Conſenſus in præiudicialibus præſumitur concurrente ſcientia, & patientia longa, cap. 105 num. 14. fo. 264
Conſenſus propinquorum qui ex forma ſtatuti requirebatur, præſumitur interueniſſe ex temporis longinquitate in mulierum contractibus, cap. 105 nu. 15. fol. 264
Contrahentes in mari ſortiuntur forum illius ciuitatis & loci cuius eſt mare, cap. 7. num. 9. fol. 22
Controuerſiarum genera finium regun. ſunt quindecim, cap. 29 num. 1. fo 66
Contumacis pœna in reſpondendo poſitionibus non tranſit in hæredem, cap. 46 num 10. fol. 109
Cordula trahitur de uno termino ad aliū, ca. 18. nu. 2. fo. 41
Criminalis actio non tollitur per ciuilem intentatam contra ſuperexactorem, cap. 35. nu. 2. fol 80
Criminalis actio quando ſuper intentatur principaliter, & tunc incidenter poterit fieri finium reformatio. cap. 35. num. 4. fol. 80
Cronicis, & hiſtorialibus libris quibus à maioribus noſtris fuit fides adhibita, creditur, ca. 62. nu. 6. fo. 158
Crux ſolet fieri in arboribus in confinio exiſtentibus pro terminis, cap 19. num. 4 fo. 43
Cumulatio actionum finium regundorum fieri non poterit, cap. 41. num. 2. fol. 92

Curia



Curia nihil aliud ſignificat quàm quoddam ius uniuerſale ſub quo ineſt iuriſdictio, cap. 9. num. 1. fol. 24
Curia dicitur locus extra caſtrum ad caſtri iuriſdictionem pertinens, cap. 9. num. 2. fol. 24
Curia eſt uniuerſitas uel ius uniuerſale, cap. 9. num. 3. fol. 24
Curia accipitur pro territorio, & comitatu, cap. 9. num 4. fol. 24
Curia accipitur pro conuentu decurionum, & prælatorum, cap. 9. num. 6. fol. 24
Curia accipitur pro Principis reſidentia, cap. 9. nu. 5. fo. 24

D

Declaratio facta cum præbendario, & emphiteota ualet, cap. 28. num. 1. fol 66
Defectus perſonarum ſuppletur per argumenta probabilia, cap. 56. nu. 10. fol. 140
Delictum perpetratum in mari inter duas ciuitates æque diſtantes, dicitur eſſe perpetratum in confinio, cap. 7. num. 10 fol. 22
Delinquentes uel contrahentes in mari illius ciuitatis uel loci cuius eſt mare, cap. 7. num. 9 fol. 22
Delinquentes in mari puniri poſſunt ab habentibus iuriſdictionem in territorio uſque ad centum miliaria, capite 39 num. 3. fol. 90
Delicto perpetrato ſi reſultat offenſio in plures perſonas, tunc tot ſunt delicta quot perſonæ offenſæ, & unuſque poterit inſolidum agere, cap. 25. num. 9. fol 58
Delicti differentia inter ſplendidas perſonas, & ignobiles, ac humiles, cap. 34. num. 5. fol. 77
Delictum ſi uniuerſaliter reſpicit territorium, fines territorij non exprimuntur, cap. 43. num 13. fol. 101
Delictum ubi fuit perpetratum una cum loci qualitate debet exprimi, cap 43 num. 14. fol. 101
Dæmones propter uitæ longitudinem, & rerum experientiam

tiam uidentur melius ſcire, ca.59.num.11.fo.149
Demonſtratio fruſtra adiicitur rei demonſtratæ, cap.86.nu. 8.fol.227
Demonſtrationes tres ſi expreſſæ fuiſſent in inſtrumento, uel quatuor, aut quinque aut plures, ſi aliquæ conueniret, & aliqua non, quid erit agendum, cap.87.nu.2.fo.229
Demonſtratio fundi ſi fit per duas demonſtrationes ueras, non nocet, ſi eſſent aliæ demõſtrationes, quæ probari non poſſunt, cap.87.num.6.fol.230
Demonſtratio falſæ menſuræ quando non uitiat, aut minuit uenditionem, cap.88.num.5.fol.232
Demonſtratio rei, uerborum præcedentium ſignificatum minuere non debet, cap.91.num.3.fo.237
Demonſtratio fruſtra adiicitur rei ad oculum demonſtratæ, cap.91.num.3.fol.238
Demonſtratio non requiritur, ubi res eſt certa de per ſe, cap. 22.num.4.fo.47
Deſignum differentiæ probat rei identitatem, & ideo debet fieri partibus præſentibus uel de earum conſenſu, cap.31. num.5.fo.71
Differentia eſt aliquid eſſe in ciuitate, uel eſſe in pertinẽtiis, cap.5.num.10.fo.14
Dilatio omnis ad probandum eſt iudicum arbitraria, ca.49. num.2.fo.116
Dilatio legalis ex cauſa à iudice abbreuiari uel prorogari poterit, cap.49.num.3.fo.116
Dilatio omnis probatoria de iure cõmuni eſt peremptoria, cap.49.num.4.fol.116
Dilatio omnis de iure communi probat, licet ſit peremptoria, tamen non opliciter fallit, cap.49.num.5.fo.116
Diœceſis eſt diuiſio per quam epiſcopatuum fines diuiduntur, cap.12.nu.2.fo.30
Diœceſis eſt nomen uniuerſale compredendens ſub ſe quicquid eſt intra fines. cap.12.num.2.fol.30
Diœceſis una totus mundus dicitur reſpectu Papæ. cap.12. num.10.fol.31
Diœceſes à Dioniſio Papa diſtinctæ fuère. cap.12. nume.4. fol.30
Diœceſis in ſpiritualibus idem eſt quod territorium in temporalibus. cap.12.num.6.fol.31
Diœceſis appellatione non uenit ciuitas in materia ſtricta, ſed in fauoralibus. cap.12.num.7.fol.31
Diœceſis regulariter non uenit appellatione diſtrictus, & territorij. cap.12.num.8.fol.31
Diœceſes terminantur per caſtra, uillas, flumina, & ualles. cap.17.num.11.fol.40
Diœceſes terminis notabilibus diuiduntur. cap.17.nume.2. fol.39
Diſcurſores ſi male eſtimant ſtatim tenentur. cap.33.nume. 10.fol.74
